

Conquerente. Qui non residet in beneficio etiam modica alienatione, illo privari debet, hoc dicit secundum omnes. Et sunt due partes. In prima impetrans querela. In secunda commissio forma, ibi. Fraternitati.

Nota primo, ibi viginti solidos, beneficium quantumcumque minimum, puta viginti solidorum, ex quo habetur pro titulo, de iure communi personalem residentiam requirere, adeo ut non residens beneficium privari debeat & ita hic casus secundum Hostiensis in princip. & num. 3. & Joan. Andr. in summ. textus, cui Burt. Cardinal. Anchar. Imol. & reliqui consentiunt Rebuff. in tract. nomin. quast. 2. num. 21. Et quavis solidorum multiplex sit acceptio, ut late per Covarr. variar. resol. c. 11. n. 3. & secundum Abb. hic in 2. not. huc Decretalis intelligi possit de solidis aureis, seu legalibus quorum septuaginta duo unam libram constituunt ut l. O vestre. & ibi gl. ult. & Bart. c. de iure. & Anchar. lib. 10. Melius tamen Cardin. in 1. notab. dicit hoc debere intelligi de solidis usualibus qui scilicet communiter currunt; & sic non requiritur ut septuaginta duo faciant unam libram auri; & sequitur hic Joannes de Imola num. 3. allegans textum cum glossa in cap. 2. de malefic. & hoc est veritas, ut inquit Alexander de Nevo hic numero 5. qui idem tenet post Petrum de Anchar. in cap. Quasto 93. supra de iurjur. & ita accipiendo viginti solidos pro parvis & communitur currentibus: ite textus optime probat beneficium, quantumvis tenue de iure communi obligare ad personalem residentiam.

De iure communi, quia ex generali consuetudine Beneficia simplicia residentiam non requirunt: nisi aliud sit inductum de iure speciali, ut notat glossa in cap. Gratia in verbo de iure tenet de rescript. lib. 6. Lap. alleg. 36. in prin. Felinus in cap. Dilatus, ille 2. numero primo de rescriptis. Rebuffus in praxi Beneficiorum in 1. diffinat. de non resid. num. 8.

Secundo nota ibi, vel quod eidem Ecclesia non deserviat: hoc duos casus requirari, videlicet et habere plura Beneficia ad sustentationem sufficientiam; vel habere alterum & in illo non residere; nam quodcumque istorum sub disjunctione positum probatur: silentium imponitur, ut in textu. Unde licet pluralis privari potest beneficium; ita & non residens, ut hic notat glossa ultima. Innoc. in prin. Hostiensis in 2. & alii communitur. Verum hodie ista aequiparatio non procedit, quia ex Concilio Tridentino cap. 17. sess. 24. obtinens beneficium sufficiens, si ab Ordinario obtineat secundum etiam insufficientem: adeptus pacifica possessione secundo, perdit primum ipso iure; & si utrumque obtineat perrexerit, utroque remanet ipso iure privatus ex cap. 4. sess. 7. ut scripti plene in cap. De unita in 1. notab. num. 3. & in cap. Cum jam dudum num. 37. 44. & 70. infra de prebendis: & sic hodie dicitur agitur cum plurali quam cum absente, qui non est privatus ipso iure; sed privandus pro sententiam, ut hic.

In glossa percipere. Nota bene hanc glossam juncto textu, quod impetrans potest quidem opponere quod beneficium sit exigui valoris & insufficientis ad necessariam vitam sustentationem tempore collationis duntaxat; sed non potest, ut cap. Dilatissimi § quast. 2. Propterea enim hic Papa non respondit allegationi ejus qui excepit de tenuitate Beneficii, quia hujusmodi allegatio post collationem non erat iudicanda; nam ex quo semel consentit, quamvis paupertate laboret: non potest amodo dissentire; sed debet propriis manibus sibi victum procurare, cap. Clericus vicium 91. dist. 8. & ita hic notat glossa preallegata, Joannes Andreas post Egidium num. 1. in verbo Vix. Cardin. num. 1. in 1. oppositio. Anchar. in 1. notab. Abbas num. 6. & Joannes de Anania num. 2. in 1. notab. Ex hoc notabiliter infero, ut tenuitas Beneficii non excuset Beneficiarium a recitatione Divini Officii: quod efficaciter probat hoc caput, quia sicut non excusatur a residentia ex eo quod ex Beneficio vix necessaria non percipiat, ut hic patet; ita nec excusatur ab horis dicendis; nam ut formaliter inquit Card. in Clem. 1. num. 9. de Celebratione Missarum: imparet sibi, si Beneficium non sit competens; quia nihilominus tenentur ad horas, ex quo fecit se ad hoc intulari. Idem Goffred. in dicto cap. Clericus vicium 91. dist. 8. & sequitur Silvester in verbo Hora num. 3. vers. Nec possunt se excusare ratione exiguitatis & Tabien. in eodem verbo num. 1. in fine.

Et stringitur argumentum, quia multa sunt Beneficia quae nullum omnino servitium requirunt, ut praesentia & praesentiales portiones; & tamen illa obligeantur ad dicendas horas Canonicas, ut in Extravaganza Pa. V. utatur verba illa universalibus & qualicumque alia Beneficia quae comprehendunt etiam minima; ex his quae scripsi Aim. conf. 194. verbo Transactionis, col. antepenult. vel. Secundo & vers.

Tertio & conf. 227. Goffredus num. 12. vers. Ob hoc considera, ex quibus patet quam male Salas in 1. 2. 2. quast. 21. tract. 8. disp. ante. sess. 17. num. 174. in fine: scriptum reliquit Beneficiarium non teneri Divinum Officium recitare, cum dubitat an Beneficium sit tenue necne; & imo enim ad hoc obstringitur non modo cum dubio est: quo casu tenetur sequi ex praecipto pariter tunc, ut probavimus in cap. Ne innotis a num. 114. usque ad num. 125. supra de Constit. sed etiam quando est omnino certus de exiguitate Beneficii, ut ex dictis constat.

Ex facto questum est, an posito tenore fundationis infra scriptae: Beneficium de quo agitur sit Sacerdotale, ita ut actu Sacerdoti sit conferendum. Usufructuaria tenentur & debeant manentem unum Capellanum seu Presbiterum qui omni die celebret & celebrare debeat. Missam unam in Ecclesia per ipsum testatorem fundata & post eorum obitum, per N. & N. quos elegit in Patronos dicte Ecclesiae, manentem debeant duo Capellani qui omni die residentiam faciant in dicta Ecclesia; & qui celebrent & celebrare debeant Missam in eadem.

Præfens questio duas habet inspectiones. Altera est, an Capella de qua agitur sit Sacerdotalis. Altera, an requiratur Sacerdotium actu. Quoad primam inspectionem, omnia priora clausula fundationis de qua inter partes non controvertitur: videtur respondendum Capellam esse Sacerdotalem ex posterioribus illis verbis; manentem debeant duo Capellani qui omni die residentiam faciant: non quia directè testator iussit eligi Capellanos Presbiteros; sed quia censetur voluisse ut eligantur Capellani qui per seipsum Missas celebrent: quod perinde est ac si voluissent ut Presbiter eligerentur. Quamvis enim sepe alias Sacra Congregatio Concilii & praeterea die 6. Julii 1581. quam Rota secuta est in causa Romana Capellanie coram Cardinali Pamphilio, declaraverit non teneri Capellanum Sacros Ordines suscipere; & sed per alium Missarum oneri satisfacere posse: dummodo in fundatione cautum non sit ut Capellanus per seipsum celebret, secuta opinionem Lapi in suis allegat. videlicet 36. 116. & 117. nihilominus in casu praesenti satis videtur cautum in fundatione, ut Capellanus debeat per seipsum inferre ex illis verbis. Et qui omni die residentiam faciant in dicta Ecclesia ex pluribus.

Et primo, quia cum dicta Capella nec Parochialis sit nec Collegiata ac proinde non habeat Curie vel Chori: ex nullo alio Capite poterat exigere residentiam, quam ratione Celebrationis Missarum. Sed oneri residentie de iure etiam in Beneficiis simplicibus non potest per alium satisfieri, ut hic & in cap. superordinata, ubi Doctores insinuat de prebendis. Ergo nec Missis celebrandis quarum ratione in casu praesenti requiritur residentia id est personale servitium. Nam aliquo onus residentie frustra fuisset impositum, a testatore, nisi Capellanus teneretur per seipsum inferre, cap. Quia nonnulli supra eodem. Bene Cardin. in Clem. unica num. 22. de foro competenti, ubi ait onus residentie esse intelligendum cum effectu: praesertim cum hoc casu Capellani ardentur ad residentiam continuam, ut in verbis omni die.

Et per hoc respondetur ad allegationes Lapi 116. num. 9. in fine vers. Et si dicas, ubi dicit Parochum: licet tenentur ad residentiam posse tamen per alium celebrare; cum non tenentur per seipsum. Id enim si verum est: procedit, quia illa residentia in Parocho satis operatur: id est quoad Sacramentorum administrationem, Verbi Dei Praedicationem &c. at in casu de quo agitur, esset omnino inutilis; cum nullum aliud onus addit quam Celebratio Missarum.

Secundo. Residere, nihil aliud est quam deservire, ut hic est textus apertus in illis verbis vel quod idem Ecclesia non deserviat; & notat Hostiensis in summa de Clericis non residens. num. 2. vers. Qualiter autem; & expressius Card. in Clem. 1. numero 22. vers. Decimo tertio quarto de foro competenti. Silvester in verbo Residentia in principio. Propos. in cap. Per venit num. 24. vers. Et nota quod residere est deservire 7. quast. 1. Sed Capellani hoc casu tenentur residere per seipsum, cum non admittatur residentis per Substitutum, dicto cap. super inordinata. Ergo etiam tenentur per seipsum inferre. Unde Navarr. conf. 6. num. 3. de Clericis non residentibus, asserit haec verba residere, intersit, tamen vel serviat, esse acquiescentia; cum praesertim residentia: de qua in casu nostro loquitur de illa specie aetiori, quam ponit Innocent. in cap. fin. in fine de prebendis, ob verba illa fundationis omni die: quo casu requiritur servitium magis praesentium, ut per Innocentium ibi & Navarrum, confilio 4. numero 4. de Clericis non residentibus.

Tertio. Cum testator locutus est de residentia: dicendus est intellexisse de illa quam requiritur hujusmodi Beneficia simplicia de iure communi; ut in hoc cap. Oldrad. conf. 140. num. 3. vers. Esti dicitur. Rebuff. in praxi, tit. de non resid. num. 7. Anchar. conf. 233. num. 3. Sed Beneficia simplicia de iure communi requirunt residentiam personalem, ut dixi supra in 1. notab. & tradit Abbas in dicto cap. super inordinata

num. 5. ubi nota, inquit textus: aperum quod quis tenetur per se deservire etiam in Beneficio simplici; & est communis Doctorum conclusio, ut testatur Navarr. conf. 6. num. 2. de Clericis non residentibus. Ergo & Beneficium de quo agitur, requirit personalem residentiam: quasi videretur reddidit ad primam naturam suam, arg. leg. si unus, §. Patris ne pateret, ff. de possit.

Quarto. Verba illa fundationis & qui celebrent &c. faciunt relationem praecedentium cum omnibus qualitatibus. Bart. in lege si quis servus, §. fin. vers. sed quarto de leg. 2. Alex. conf. 112. num. 2. lib. 1. & conf. 141. num. 1. lib. 2. Sed verba illa antecedentia qui omni die residentiam faciunt &c. important onus personale, ut superior dictum est. Ergo etiam illa immediate sequentia & qui celebrent & celebrare debeant &c. idem onus personale important praesertim ob distinctiones geminas celebrent & celebrare debent &c. quae ostendunt magis enixam fundatoris voluntatem, ut in terminis Paris. conf. 50. num. 15. lib. 4.

Quinto. Hanc opinionem videtur sequi Lopus alleg. 117. num. 2. vers. Nec etiam requirit, ubi tenet Presbiterum tunc posse per alium inferre; cum verba fundationis illum non ardeant ad residentiam. Et idem Lopus alleg. 35. num. 4. ubi ait satis esse per Vicarium deservire, ubi non exigitur a iure personalem residentiam, quasi sentiat oportere deservire per seipsum; ubi personalem residentiam requiritur, ut in casu praesenti; & loquitur in terminis Capellaniae & de communi usu loquendi fundatorum in hac specie testatur Navarr. confilio sexto, numero sexto de Clericis non residentibus, ubi ait secundum vulgarem modum intelligendi eorum qui fundant hujusmodi Capellanias: per residentiam intelligi personalem.

Quae confirmatur, ex provisionibus immediate subsequentibus de Sacerdotibus quae multum faciunt ad cognoscendum, an Capella sit Sacerdotalis, ut in specie Paris. dicto conf. 50. num. 19. lib. 4. Lambert. de iure Patronatus in 1. parte, lib. 1. in 2. quast. principali, art. 4. & lib. 2. quast. 7. art. 3. num. 22. & dixit Rota in Salamantina Capellanue 12. Junii 1598. coram Orano & in Alexandrina Decanatus 19. Junii 1598. coram eodem & in Reanarenti Beneficii 14. Martii 1608. coram Cardinali Lancelloto: quae habetur in recentiori decisione 216. num. 2. parte 2.

Nec obstat quod ultimo loco fuerit praesentatus simplex Clericus. Aim. conf. 106. num. 11. Si quidem haec praesentatio tanquam longè facta post fundationem Capellae, non potest deservire pro observantia interpretativa actus fundationis, ut decidit Rota Rome 19. Octobris 1588. in Trifonensi iuris praesentatis coram Bupallo & in dicto Alexandrino Decanatus coram Orano 11. Junii 1598. Praeterea quod hodie ex Decreto Concilii Tridentini, §. sess. 25. de reformatione, non est in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundatione appositis: etiam de consensu Patronorum, ut censuit Sacra Congregatio & dixit Rota in dicto Alexandrino & ubi constat de certo statu praecedenti, ut hoc casu non attenditur ultimus in casu contrarius, ut in puncto dicitur fuisse resolutum in causa Tapara, seu nullius iuris Patronatus coram Clemente VIII. 1. Martii 1574. & 11. Martii 1575. & in alia Perusina Sancti Bisognati coram Cardinali Pamphilio 13. Martii 1588. & in eadem 17. Martii 1589.

Ultimo pro hac sententia videtur in terminis esse dicta decisio Sacrae Congregationis, edita tempore Cardinalis Matthaei: videlicet.

Posito tenore fundationis, & qui celebrent &c. qui serviat in Divinis eidem Capellae; & ibidem continet Divina celebret, Missam & Officia divina & nocturna & residentiam continuam faciat &c.

Quaeritur an Rector dicte Capellae teneatur residere, ac munia supra dicta adimplere per seipsum. Sacra Congregatio censuit hujusmodi Rectorem teneri residere ac munia hujusmodi explere per seipsum.

Ubi notandum est Sacram Congregationem non fuisse notam ex illis verbis: sint tres voces in praesentando unum Sacerdotem &c. quia ex hoc solum inferatur, ut Capella sit Sacerdotalis; sed non inferatur, ut Sacerdos teneatur per seipsum inferre; jam enim Sacra Congregatio declaraverat ex verbis fundationis quod debeat eligi Presbiter Capellanus inferri tantum, ut Capella sit Sacerdotalis; sed tamen Presbiterum posse per alium inferre. Sed Sacra Congregatio nota est simpliciter ex illis verbis & residentiam continuam faciunt: quae important onus personale: ex quibus cum huic parti videatur favere Jus commune, vulgaris usus loquendi testatorum, observantia subsecuta ac retolutio Sacrae Congregationis videtur postulo responderi dictos Capellanos teneri per seipsum celebrare ac propterea Capellam esse Sacerdotalem.

Quoad secundam inspectionem, videlicet an requiratur ut Capellani praesentandi sint actu Sacerdotes: quod est alterum caput dubitationis per manus transmissum. Videtur negative resolvendum, quia quoviscumque verba fundationis non respiciunt actum praesentationis; sed potius illum prosecutionem: satis est ut praesentatus sit Sacerdos habitus: licet non actu; Abbas in c. Cam in causis, §. Inferiora sub num. 10. & ibi etiam Dec. num. 12. de elect. Vitalin. in Clem. 2. §. In illa num. 16. post Imol. col. 10. de aetate & qualitate; & sentit scripti Rota & praesertim in causa Romae Capellanue, & decima nona Martii 1586. & die 14. Novembris 1585. & 23. Januarii 1589.

Et confirmatur, quia regula est in Beneficiis Sacerdotibus sufficere solum habilitatem ad Sacerdotium, c. 2. cum ibi not. de instit. lib. 6. Abbas & Dec. post Innoc. in d. §. Inferiora. Rolandus confilio 43. numero 59. libro primo ubi testatur de communi; & in terminis Capellanue Sacerdotalis de recepta opinione testatur Navarrus confilio septimo in fine, de prebendis. Unde Sacra Congregatio censuit hujusmodi Capellanias posse conferri simpliciter Clerico, in ea tamen tate constituto, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri queat, nisi alia essent verba in fundatione posita, quae requirent obtinentem tempore collationis esse acta Praesbiterum, verba autem praesentia fundationis sunt, Manentem debeant duo Capellani, quae habent potius tractum successivum, quo casu non requiritur qualitas actu, sed sufficit aptitudo, Alex. conf. 101. n. 13. lib. 7. Socin. in l. Solemus in fin. ff. de condit. & demonstr. Dec. conf. 430. num. 8. Ruin. conf. 9. num. 8. lib. 1. Hoc enim verbum, manentem, in casu praesenti idem importat, quod alere, seu sustentare, quod vulgenter dicitur, manentem; ut in simili consuluit Bald. conf. 110. per totum, & conf. 145. per totum lib. 3. In verbo autem, sustentationis, quod equipollet verbo, manentem, addit in puncto decisio Rota in d. Rom. Capellanue die 19. Martii 1586. Ubi decidit verba illa in fundatione Capellanue Sacerdotalis apposita, nempe pro sustentatione unius Clerici, qui in Divinis inferret, &c. non respicere actum praesentationis, sed illius prosecutionem; idque non requirit Sacerdotium actum. Atque ex his videtur concludendum, Capellam praedictam esse quidem Sacerdotalem, sed non requirere Sacerdotium actu, & haec pars minor videtur, & magis consona voluntati fundatoris, qui in secunda parte fundationis non meminit qualitatibus Praesbiteratus, sicut fecerat in priori parte.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

Quaeritur an Rector dicte Capellae teneatur residere, ac munia supra dicta adimplere per seipsum. Sacra Congregatio censuit hujusmodi Rectorem teneri residere ac munia hujusmodi explere per seipsum.

Ubi notandum est Sacram Congregationem non fuisse notam ex illis verbis: sint tres voces in praesentando unum Sacerdotem &c. quia ex hoc solum inferatur, ut Capella sit Sacerdotalis; sed non inferatur, ut Sacerdos teneatur per seipsum inferre; jam enim Sacra Congregatio declaraverat ex verbis fundationis quod debeat eligi Presbiter Capellanus inferri tantum, ut Capella sit Sacerdotalis; sed tamen Presbiterum posse per alium inferre. Sed Sacra Congregatio nota est simpliciter ex illis verbis & residentiam continuam faciunt: quae important onus personale: ex quibus cum huic parti videatur favere Jus commune, vulgaris usus loquendi testatorum, observantia subsecuta ac retolutio Sacrae Congregationis videtur postulo responderi dictos Capellanos teneri per seipsum celebrare ac propterea Capellam esse Sacerdotalem.

Quoad secundam inspectionem, videlicet an requiratur ut Capellani praesentandi sint actu Sacerdotes: quod est alterum caput dubitationis per manus transmissum. Videtur negative resolvendum, quia quoviscumque verba fundationis non respiciunt actum praesentationis; sed potius illum prosecutionem: satis est ut praesentatus sit Sacerdos habitus: licet non actu; Abbas in c. Cam in causis, §. Inferiora sub num. 10. & ibi etiam Dec. num. 12. de elect. Vitalin. in Clem. 2. §. In illa num. 16. post Imol. col. 10. de aetate & qualitate; & sentit scripti Rota & praesertim in causa Romae Capellanue, & decima nona Martii 1586. & die 14. Novembris 1585. & 23. Januarii 1589.

Et confirmatur, quia regula est in Beneficiis Sacerdotibus sufficere solum habilitatem ad Sacerdotium, c. 2. cum ibi not. de instit. lib. 6. Abbas & Dec. post Innoc. in d. §. Inferiora. Rolandus confilio 43. numero 59. libro primo ubi testatur de communi; & in terminis Capellanue Sacerdotalis de recepta opinione testatur Navarrus confilio septimo in fine, de prebendis. Unde Sacra Congregatio censuit hujusmodi Capellanias posse conferri simpliciter Clerico, in ea tamen tate constituto, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri queat, nisi alia essent verba in fundatione posita, quae requirent obtinentem tempore collationis esse acta Praesbiterum, verba autem praesentia fundationis sunt, Manentem debeant duo Capellani, quae habent potius tractum successivum, quo casu non requiritur qualitas actu, sed sufficit aptitudo, Alex. conf. 101. n. 13. lib. 7. Socin. in l. Solemus in fin. ff. de condit. & demonstr. Dec. conf. 430. num. 8. Ruin. conf. 9. num. 8. lib. 1. Hoc enim verbum, manentem, in casu praesenti idem importat, quod alere, seu sustentare, quod vulgenter dicitur, manentem; ut in simili consuluit Bald. conf. 110. per totum, & conf. 145. per totum lib. 3. In verbo autem, sustentationis, quod equipollet verbo, manentem, addit in puncto decisio Rota in d. Rom. Capellanue die 19. Martii 1586. Ubi decidit verba illa in fundatione Capellanue Sacerdotalis apposita, nempe pro sustentatione unius Clerici, qui in Divinis inferret, &c. non respicere actum praesentationis, sed illius prosecutionem; idque non requirit Sacerdotium actum. Atque ex his videtur concludendum, Capellam praedictam esse quidem Sacerdotalem, sed non requirere Sacerdotium actu, & haec pars minor videtur, & magis consona voluntati fundatoris, qui in secunda parte fundationis non meminit qualitatibus Praesbiteratus, sicut fecerat in priori parte.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.

De hac materia scripsi latissime in c. Ut Abbas & in cap. Quarta supra de aetate. & qualitate ubi plene videas.



scripsi latissime in cap. 1. à num. 31. supra de off. ordin. At vero potestatem Ordinis, qui non ex injunctioe hominis, sed per consecrationem conferuntur, accipiunt immediate à Christo, cap. 10. n. 1. & ibi gloss. in ver. Part. 2. 2. d. 1. c. 1. & dicit in cap. 1. in 2. notab. de supplen. neglig. Præter. Cum autem Episcopi tenentur præcepto divino oves pascere, etiam Sacramentorum administratione, ut laborat in decreto præalleg. Concilii Tridentini, cap. 1. sess. 23. Et hoc spectat ad potestatem Ordinis; utique saltem hoc respectu præcepto divino tenentur personaliter residere.

55 De inde, & forte melius prædictum argumentum dicimus non obtine, quia etsi quilibet Episcopus accipiat jurisdictionem immediate ab Ecclesia Romana, tamen institutio ipsa Ordinis, & gradus Episcopalis est Dei, ut est definitum à Concilio Trid. sess. 23. de Sacr. Ordin. can. 6. & dicit plenius in c. Quanto, supra de conjunct. & in c. 1. de ordinat. ab Episc. Et hinc institutioni ab ipso Deo fuit annexum onus pascendi oves, ut supra repetitum est, & consequenter quavis Romanus Pontifex promovet Episcopos, eisque jurisdictionem conferat, ipsam tamen divinam institutionem immutat, aut onus illi annexum à Deo adimere non potest. Et quemadmodum, ut Soti exemplo utar, qui morum serie, efficere non potest ut prius inde, aut alia arbor germinare quam morus; ita nec qui Episcopos facit, efficere potest, ut ejus natura divinitus instituta non sit per se pascere.

56 Similiter non obtinet si dicatur; Papa aliquando dispensat super residentia; Concilium Tridentinum in cap. 2. sess. 6. ibi c. indulgentis oris, & dispensationibus temporalibus, &c. Quia imò, & Episcopus, ut patet in cap. Cum ex eo, de elect. lib. 6. ubi est expressum Episcopos dispensare posse cum habentibus Parochiales Ecclesias, ut ad septennium abstinere studiorum causa. Et generaliter est jura causa, ut in c. Relatum, in fine, & ibi gloss. supra eod. Item aliquando dispensat Papa super retentione plurium Episcoporum, ut plurimum beneficiorum curatorum, ut in c. De multa in fin. de præben. c. Dudum, il secundo de elect. Clem. Si flores, & Extravag. Execrabilis de præben. Ergo residentia non est de jure divino, super quo Ecclesia non dispensat, c. sine quidem, 25. qu. 1. c. Sic, cum ibi not. 15. distict. D. Thom. in 1. 2. q. 97. art. 4. ad 3.

57 Respondetur enim ex Richardo de Mediavilla in 4. sent. dist. 38. q. 9. art. 1. & Cardin. in c. Cum ad Monasterium, §. Abbas, num. 16. de stat. Monachor. dispensationem posse accipi dupliciter. Uno modo pro juris relaxationem posse accipi dupliciter. Uno modo pro juris relaxationem, & hoc tantum respectu dicimus Papam dispensare super jure divino, videlicet illud declarando & interpretando, cap. In omni de testib. addo gloss. unie. in d. cap. Sicut quidam, qui dicit Papam dispensare in Evangelio, interpretando ipsum, cap. Licet, in fin. de testib. Itaque Summus Pontifex proprie non dispensat cum Episcopo super residentia, sed potius interpretatur jus divinum eo casu propter aliquam circumstantiam non obligare; & ita respondetur Covarr. varior. resol. lib. 3. cap. 13. num. 9. ver. Valuer enim, Sox. de just. & jure lib. 10. quest. 3. art. 1. & Valquez in opus. moral. in tract. de benef. cap. 4. §. 2. dub. 1. num. 122. in fin. Quod egregie explicat D. Thom. Quodlib. 9. art. 15. sic enim, *Just quædam actus, que absolute considerantur inordinatorem, & deformitatem quandam important, que tamen aliquibus circumstantiis advenientibus bona efficiuntur, sicut non residere propter incompossibilitatem in beneficio curato est per se malum; tamen alia circumstantia possunt supervenire ita honestantes actum, ut prædictæ inordinationes totaliter evacucentur, ut puta, si sit necessitas in plerisque Ecclesiis ejus obsequii, & possit plus servare Ecclesie, vel tantamdem absentem, quam alius præsentem, & si que alia sunt hujusmodi; & tunc ista conditionibus intervenientibus cum rebus intentione non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum jus naturale non pertinet, sed solum ad positivum. Nunc autem certum est per antiqua jura hoc esse prohibuit; & ideo necessaria est dispensatio, etiam illis circumstantiis supervenientibus, que secundum considerationem juris naturalis actum poterant honestare. Hæc S. Th. Nec refert quod Innoc. in d. c. Cum ad Monasterium, n. 3. tenet Papam dispensare posse etiam sine ulla causa, ut qui obtinet duo beneficia curata, ut dixi supra n. 23. nam hinc doctrina Innocentii in specie respondet Abb. in c. Excedere quoad forum militarium Ecclesie, in quo non licet disputare de factis Papæ, c. Si quis suadente, §. Qui auct. de 17. q. 4. quia ipse de aliis iudicat, sed à nemine judicatur, Si Papa 40. dist. sed quoad Deum non procedere: *Erit autem lex 4. dist. hoc autem privata consideratione istius, vel illius non debet omitti, c. Miramur, 61. dist. c. licet de Regular. cum similibus.* Dispensatio autem per priva-*

am considerationem illud remittens irrationabilis est, cum apud Papam non debeat esse acceptio personarum, c. Novus, 65. de jur. cum concord. Sed negari non potest quin sit acceptio unius persone quod alii communitate denegatur. Item si Papa esset negligens, vel remissus, & non intentus circa bonum publicum, gravior puniretur à Deo, ut in d. c. Si lapsa, & maxime circa bona Ecclesiastica, que sunt Dei, ut in c. Ex eo, de elect. lib. 6. Et in Extravagan. Salvator, de præben. inter communes, Innoc. in c. Cum super de caus. possib. & propriis. Nam quæcumque Ecclesiis offeruntur, dicuntur esse oblata Deo, c. Videntes, 12. q. 1. & c. Res, q. 2. Unde non debet attendi carnalitate, & affectione specialis de his rebus disponere, sed attentio bono publico spirituali. Debet enim esse fidelis & providus dispensator & non invidiosus; & ejus iudicium debet de vultu Dei prodire, ut in c. Ut nostrum, ut Eccles. benef. c. Cum aternis, de sent. & re jud. lib. 6. ita Abb. & hoc ipsum dicit Joan. de Leg. in Clem. Gratia, de re script. ubi similiter concludit posse Papam dispensare generaliter, ut unus habeat plura curata, & consequenter super residentia. Totum (ut ipse ait) debere referri ad cultum divinum, aliis si iudicio voluntate, non habita ratione ad bonum publicum, non fore d. s. s. i. s. i. s. i. sed dispensator. De fidei dispensatore loquitur textus Luca 11. ubi: *Qui putat fideles esse dispensator, quem constituit Dominus super familiam suam, &c. Infidelis autem dispensator est, qui non habet intuitum rationis, & boni publici.* Item impudens non considerans causas motivas in bonum publicum directivas. Ex quo sequitur ut quoad Deum non sit tutus in, cum quo fit dispensatur, imò verus dispensatur, c. Non est, & ibi not. in 2. gloss. de voto, facti c. Si is qui præst. 11. qu. 3. & c. Manet 24. quæst. 1. Hæc Joan. de Lignano, quem refert, & sequitur Abb. in d. §. Qui verb. num. 29. ver. Totum tamen, & num. 45. vers. Alia conclusio, & cum his consentit D. Thomas in 1. 2. q. 97. art. ult.

Nec ad rem pertinet decisio S. Congregationis adducta in contrarium supra num. 24. siquidem Papa Joannes non exemit Parochiam à residentia; sed titulum Parochialitatis suppressit, & in locum Parochi Capellanum subrogavit, quod non excedit potestatem Papæ. Ideoque Concilium Tridentinum in cap. 16. sess. 25. est prohibent ne beneficia curata convertantur in simplicia, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, tamen præsertat gratias, que suum plenarium effectum tunc consequuntur.

Item non obtinet casu, Extirpanda, §. Qui verb. de præben. ubi obtinet dignitatem, cui sit annexum beneficium curatum, debet residere in dignitate, & consuetudine in Parochiali, quod fieri non potest si residentia in beneficio curato est de jure divino. Nam respondentur eo casu Vicarium ipsum esse Pastorem animarum, ut patet ex littera, ibi, *idoneum, & perpetuum habeat Vicarium Curamque institutam.* Et præterea quia de Ecclesiis curam animarum habentibus per receptionem altarium similibus amittendis, ac de ipsarum rectoribus promovendis ad sacerdotium, & de eorum ætate à jure statuta noscuntur, in perpetuum Ecclesiarum Vicariis, & assumpti ad eas jubentur observari in Clem. unica de off. Vicar. Et Vicarium perpetuum esse curatum probat text. eod. tit. in cap. fin. ibi, *residant, & se in Presbyterio, ut eorum cura exigit, faciant promoveri, & notat gl. fin. in d. Clem. un.*

Demum non obtinet, quod dictum est de delegatione supra n. 11. Nam ut respondet Cajetan d. art. 5. ver. Ad secundum argumentum, cum personali officio fiat, ut persona Episcopi, salva conscientie puritate, est rationabili causa abluat ab aliquo proprio sibi actu, & per alium exerceat illum, puta ut prædicit per alium, ubi hoc magis expediens fuerit, exemplo Valerii, qui per Augustinum prædicabat. Et hæc Cajetani responsum in effectu olim probavit S. Congregatio Concilii in Curatis inferioribus ut dixi in cap. Extirpanda, §. Qui verb. in 2. notab. vers. Ceterum, infra de præben. Advertit tamen Sox. art. 1. col. 19. vers. Ergo si jura, Valerium hoc fecisse in gravelecente jam ætate, quando vires sibi non suppetebant.

Itaque rationibus firmatum est quemlibet Episcopum vel Curatum, per se loquendo teneri ex divini juris præcepto personaliter residere in suo Episcopatu vel Parochia, licet non me lateat de hoc articulo ingentem controversiam, & duram alterationem existisse inter Patres Concilii Tridentini, imò & inter ipsos Cardinales præfidentes, & præterea Decretum ex forma verborum fuisse conceptum, ut neutri sententia formaliter adverteretur, proferret P. Sforza Pallavicinus multis in locis sua admirabilis Historie.

Secunda itidem assertio, videlicet præceptum de personali residentia Episcopi vel inferioris Curati per se obligare, non tantum præceptum, sed etiam ad semper probatur: 68 Quia et si præceptum affirmativum obliget semper, non autem 69 ad semper, sed pro loco & tempore, & in hoc formaliter differant à præceptis negativis, ut per D. Thom. in 1. 2.

2. 2. q. 71. art. 5. ad 3. & qu. 88. art. 1. ad 2. & q. 88. art. 1. ad 2. & q. 100. art. 10. in corp. nihilominus aliud dicendum est de personali residentia, quoniam licet sit affirmativum, tamen includit etiam præceptum negativum obligans ad semper, quia præcipitur Pastori, ut oves non dimittat, aut deserat more mercenariorum, ut ostensum est supra num. 29. & seqq. Simile habetur in c. Super hoc de renunc. & in c. 1. in gloss. in ver. Non timore, supra de his, qua vi metus. casu.

71 Præterea, ut observat Cajetan. initio citatus, actus Episcopales sunt in triplici differentia. Nam quidam exigunt certum & determinatum tempus, ut collatio Ordinum, c. 3. de tempor. ordinat. & consecratio Chriftatis, can. Litteris de consecr. dist. 3. c. Quoniam, de sent. excom. lib. 6. gl. in can. Presbyteris, de consecr. dist. 4. & ratione actuum hujusmodi satis esse ut Episcopos residere temporibus ab Ecclesia præscriptis ad illos exercecdo. Quidam verò actus sui temporis indeterminati, sed tamen non frequenter occurrunt, ut consecrationes & benedictiones, de quibus in cap. Quomvis 68. dist. & toto tit. de consecr. Eccles. vel Altar. & de consecr. dist. 1. & horum ratione fuisse certum Episcopum ita residere, ut ex defectu eorum actuum Ecclesia non pateretur detrimentum. Quidam denique sunt actus temporis indeterminati, & frequentis, ita ut nullum tempus sit exceptum, in quo non facit, & crebro oportet eorum necessitas, ut est actus pascendi gregem Christi; oportet enim munus Pastoralibus ita assiduam esse Pastorem, ut actum pascendi fere nunquam intermittat; scriptum est enim: *Qui præst. in solitudine, c. Quia præfulatus 91. q. 4. & 2. Ad Corinth. 11. 28. Instantia me quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror; Sic & Apolliticus à Pastoralis sollicitudine circa omnes Ecclesias nunquam cessat, ut dicit text. in cap. Cum infamia de cens. Et noctes ducit infomes pro omnibus cogitationem suscipiens, ut in Auth. ut judices sine quoquo suffrag. in princip. Amplius à Pastore exiguntur sex actus, qui habentur Ezechiel. cap. 39. quos manifestum est exigere tempus continuum, aut valde frequentes prout explicat Cajetan. & Sotus, qui præterea irridet, & redarguit Episcopos, qui opinantur se muneri suo satisficere, si per aliquot horas caulis occidendis assistant.*

Et ratione actuum hujus tertie speciei Episcopus jure divino obligatus est assidue in suo Episcopatu residere; quoniam tanta temporis frequentia continuum exigit residentiam, tum ex frequentia exercitii actuum hujusmodi, tum ex præparatione ad eosdem actus, nam etsi non omne tempus infumatur in exercitio actuum pastoralium, nullum tamen tempus excipitur in quo non oporteat Episcopum esse paratum ad Pastoriales actus exercecdo. Sanctus Thomas in 2. 2. quest. 185. art. 5. ad 3. Et quia actus pascendi secundum Cajetanum est principalis actus Episcopi & ex principali actu Judicium est sumendum, idcirco per se loquendo Episcopos astringitur præcepto Evangelico ad continuum residentiam in suo Episcopatu, ita ut hoc præceptum, quavis affirmativum: tamen ex natura rei, quia præcipitur, obliget semper & ad semper, id est assidue, quia sicut habet determinatum locum: sic est proprium iocellum, c. Si quis Episcopus 92. dist. c. Ferociter, 7. quest. 1. & in certis temporibus ipsam Cathedralium Ecclesiam, c. Placuit, eadem causa & questione. Concilium Tridentinum in d. c. 1. ver. Eisdem interim ad monet. sess. 23. ita & determinatum tempus, id est assidue & quali semper.

Dixi quasi, quia brevis & modica interpellatio continuum residentiam non interruptit, ut notat Perus. de Anchar. in c. un. num. 1. ver. Quandoque verbum residere adijcitur dictioni continue, de Cler. non resid. lib. 6. & ita secundum eum intelligitur quod de habitatione continua triennii dicitur in c. fin. de frigid. & maleficis, nam & stillicidium non semper cadens dicitur habere causam continuum, ut lege Romanen. ff. de servit. urban. prædior. & lege 1. §. Quotidiana, ff. de aqua quotid. & affiv. facit lex Si quis ita ligaverit, ff. de condit. & demonstrat. & lex Marcia, ff. de ann. legat. Unde Concilium Tridentinum in præc. c. 1. sess. 23. admittit ut Episcopi duos aut tres mentes singulis annis abesse possint. Quoniam, inquit, qui aliquantisper tantum abstat, ex veterum Canonum Sententia non videtur abesse, quia itatim revertitur sunt, dum tamen id equa ex causa fiat & absque ullo Gregis detrimento quod ad ita sit, abscedentium conscientie gravissimæ veribus relucet.

72 Tertia demum assertio, videlicet per accidens quandoque Episcopus non teneri ad personalem residentiam secundum Cajetan. in 2. 2. d. q. 185. art. 5. vers. & quoniam probatur, quia cum hæc obligatio ad semper sit ex parte materis & materia ipsa sit invariabilis & variabilis obnoxia, propterea contingit, ut absque violatione præcepti Episcopus non semper residet.

73 Causa verò excusans Episcopum à vinculo necessitate continentis residendi in Dicesi ex Decreto Concilii in eod. Fagnan. in III. Lib. Decretal.

1. Sunt infra scriptæ, videlicet Christiana charitas, urgenda necessitas, debita obedientia ac evidens Ecclesie vel Reipublice utilitas: que omnia Cajetan. loco citato & post eum recentiores Theologi perstringunt ad tria capita. Primum est necessitas impediendi. Secundum qualitas negotii. Tertium conditio personæ.

Necessitas tamen impediendi nemo dubitat quin excuset 76 & est expressum in d. c. 1. & in c. Inter quatuor infra eod. cum concord. impediendum autem est in duplici differentia. Aliud enim est ab intrinseco; aliud ab extrinseco. Impediendum ab intrinseco est quod provenit ex infirmitate & hoc præbet justam causam abscedendi ad tempus ab Ecclesia, ut si oportet Cœlium mutare vel ire ad balnea secundum Cajetan. ubi supra. Ad hoc cap. Nihil 7. q. 1. c. ad evidentiam infra eod. c. un. eod. tit. lib. 6. & de Cler. agror. per totum. Quod si morbus sit incurabilis, permittitur resignatio juxta terminos, c. Nisi cum pridem, §. Alia verò causa est debilitas corporis, supra de renunciat. Sic Silvanus Episcopus Philenium, propter aëris intemperiem renuntiavit Ecclesie & Atticus Patriarcha Constantinopolitana Ecclesiam Troadis illi commisit, inquit: *Ecc quomodo nullam habes excusationem, cum Dominus tibi præviderit de loco temperato & commodo, pro corporis morbis tolerandis. Vel datu Coadjutur, ut in c. 1. & c. fin. infra de Cler. agror. & c. un. eod. tit. lib. 6.* Non enim consuevit Sedes Apostolica absolute dispensare, ut quis non residet; sed ad tempus & ex legitima causa, c. fin. de re script. lib. 6. Concil. Trident. sess. 6. c. 2.

Impediendum ab extrinseco est quod provenit ex persequendo 78 cutione. Persecutionem autem dicitur esse secundum glossam in c. Adversitas in verbo Hoc etiam 7. quest. 1. Alia extrinseca quam patitur Ecclesia à Tiranno vel manifestis inimicis, de qua dicam infra num. 87. Alia intrinseca que consistit in eis qui ab unitate Ecclesie non sunt præcisi, sed tamen nec paci ab Episcopo nec corrigi volunt, iuxta textum in d. cap. Adversitas & cap. seq. & in cap. Nisi cum pridem, §. Propter malitiam supra de renunc. Et hæc species, an & quando præbet Prælato justam causam non residendi, notavi plane in c. post translationem ad num. 2. usque in fin. eod. tit. Negotium autem excusans Episcopum à residentia, tripliciter se habet ad 79 suam Ecclesiam. Primo in ordine ad eam ipsam, sicut totum ad partem. Secundo in ordine ad alias Ecclesias, sicut pars ad partem. Tertio in ordine ad Ecclesiam universalem seu Romanam, sicut pars ad totum seu membrum ad caput.

Primo casu, quando scilicet negotium se habet ad suam 80 Ecclesiam ut totum ad partem, puta quia imminet necessitas defendendi Ecclesiam & jura ipsius, ob quam oportet Episcopum ad remotiores partes migrare; tunc manifestum est jure excusari à residentia, textus est in c. ex parte inf. eod. & notat glossa 1. in c. fin. de privili. lib. 6. Quia imò si necessitas postulet, potest & debet Episcopus ad sublevantem Ecclesiam suam in aliqua calamitate constitutam accedere ad Curiam vel Romanam vel Regiam, iudice Jure Divino & naturali, dummodo id per alios pericere non possit, ut formaliter inquit Sotus de Justitia & Jure lib. 10. quest. 3. art. 4. vers. Qualitas autem negotiorum; & est ratio, quia Episcopus tenetur propriis Ecclesie exhibere non solum alios actus Pastoriales; sed etiam hunc qui est defendere vel procurare bonum ejus, c. Superestum ibi, quos tuere debet Ecclesie 7. quest. 1. ac proinde ex hac causa licet potest ab Ecclesia abesse, ut probatur in præalleg. c. ex parte ibi: *Præpositus tuæ jura fideliter prosequeris, cum per hoc censeri debeat residere.* Quamvis enim ab Ecclesia abstat, tamen adest negotius Ecclesie, ut dicit ibi Innocentius & Hostiensis num. 2. in vers. Residentis.

Secundo casu, quando scilicet negotium se habet in ordine 81 ad alias Ecclesias, sicut pars ad partem; cum simul omnes annum Cor. ut in Christo; singuli autem alter alterius membra, ad Rom. 12. c. singula 89. distict. potest & debet Episcopus jure charitatis alterius Episcopi necessitate spirituali succurrere, etiam cum detrimento temporalium, licet non è contrario; & hæc de causa Paulus Timotheum & alios discipulos abire jussit ad alias Ecclesias pro necessitate promulgandæ Fidei, ut fuisse probat Cajetan. in 2. 2. d. q. 185. art. 5. vers. Cum autem negotium ad bonum alterius particularis Ecclesie & Sox. 2. art. 4. col. 8. vers. Præter hæc. Item secundum eos, cum unum spirituale bonum sit magis necessarium quam aliud, 82 c. Bone ille 1. de postul. Prælat. Concilium Tridentinum c. 18. ibi & major quibusque utilitas postulaverit, sess. 25. puta negotium Fidei vel Pacis, quam Ministratio Sacramentorum & hujusmodi laudabiliter Episcopus pro negotio Fidei vel Pacis in aliena moratur Ecclesia; & propterea licite Episcopi sunt Legati ad Pacem inter Reges Christianos componendam. Si enim casu quodam inquit Ambrosius, Officium est Pacis facere: Sacerdotis maxime Officium est. Sed de hoc infra num. 88. quod aotem Legati eant promissione ad temporaria negotia (ut Cajetanus subjicit) ab illosis est, quia nemo militat Deo imbecit se necioris secularibus, 2. ad Timoth. 2. c. 1. infra, ne 83 Cler. vel Monach.

Tertio casu, quando scilicet negotium Ecclesie particularis 84



munes traditiones acquiritur in iure qui in scholis studio- rum causa abstant & qui in Episcopi servitio exiunt ut hic per gl. fin. & Doctores & per Holt. in sum. hoc tit. §. Quasi- ter. Hojed. de benef. plur. in c. 10. nu. 8. sed studentibus debentur omnes præbendarum seu beneficiorum fructus integri exceptis distributionibus quotidianis c. fin. de Mag. cum simil. ergo & absentibus in servitio Episcopi, ita ut aliquid eis non subtrahatur præter quotidianas distributiones, ut sic patet in vers. Neque quidquam subtrahi debeat &c. at Jure constitutum est ut in Ecclesiis in quibus Beneficium non habent alias præ- bendas aut massam grossam, & totum in distributionibus con- sistit: hujusmodi distributiones denur absentibus in studio, ut constat ex his quæ notant. gloss. fin. in d. c. Licet de præb. Holt. in sum. tit. de Magistr. num. 9. Oldrad. conf. 300. num. 10. glossa pragm. Sanct. tit. quo tempore quisque debet esse in Choro, §. Jabet in verbo distributiones. Rebuff. de privil. scholar. privil. 31. num. 12. & Cravet. conf. 125. num. 24. ergo eo casu dari etiam debent absentibus pro servitio Episcopi, quod in hac specie probat idem Holtentius ubi supra & Abbas hic veri. Secundo queritur: quibus addo à fortiori eandem distributiones dari debere absentibus in servitio Episcopi; nam causa studii, quamvis sit iusta & probabilis, nihilo- minus non est necessaria; cum tamen hæc interveniendi Episcopo non solum iusta & probabilis; sed etiam necessaria sit, ut ex supra notatis constat.

Et confirmatur hoc ipsum ex nonnullis declarationibus Sacre Congregationis Concilii. Aliquando enim censuit legentem Theologiam quamdiu legit, pro residente haberi ut recipiat omnes fructus præter distributiones quotidianas, supposito quod adit massa grossa seu præbenda &c. Sane verba illa sup-posito &c. declarant ea quæ immediate procedunt ibi præter distributiones quotidianas &c. Et ita sentit, ut non debeat illas percipere, si adit massa grossa seu præbenda; quod si non adit ut quia totum consistit in distribut. onibus, eas percipere debeat. Ergo supposito prædicta æquatione eorum qui student & qui Episcopo intersunt, declaratio illa satis concludit utroque casu debere quotidianas distributiones, ubi nulla adit massa grossa seu præbenda. Idipsum constat ex alia declaratione Engub. in hæc verba. Si nulle sint præbende, eo quod Canonici tantum distributiones habeant: idem statuendum est quod de præbendis cum in illarum locum succedant &c. Item ex alia Calalenn. que sic se habet, Canonici & Pa- rochiales habent ex præscripto Bullæ Pi. V. distribu- tiones quotidianas lucratur, si Canonici consistant solum in distribu- tionibus quotidianis non habent præbendam.

Poitremò, si Episcopus potest, ut supra notavimus com- pellere Beneficiarios, ut ad ipsius servitium accedant; & ita absentia hæc non solum probabilem, verum etiam necessariam inducit. Contra justitiam videtur ut qui potest ad Episcopi servitium per censuras vel aliter cogi cogi parere tenetur, dum sic coactus & impeditus ab Ecclesia recedere compellitur: amittat hujusmodi distributiones; cum imputari non debeat ei per quem non fiat si non faciat quod per eum iurata faciendum, ut in regula sexti imputari & in regula cum non fiat. Et nemo debeat incurere in penam aut detrimentum sentire pro eo ex quo premium & ludem promeretur, quia Onicium suum nemini debet esse damnolus, c. 2. ubi glossa de fide- jussor. & c. Cum non debeat in principio, ubi glossa 2. de viciis. lib. 6. Itaque ubi Canonici suo Episcopo contemperans in- servit eadem & propterea abest non debet ipi imputari quod horis & Divinis Officiis non interlit: imsuper sic contemperans in re licita & necessaria, præmium & non dupendum sentire debet; sed imputaretur sibi dupendumque sentiret & Onicium suum ei damnolus esset, si quamdiu sic invitus & obediens degit in servitio Episcopi, amitteret quotidianas distributiones. Ergo &c. Porro si per quem non fiat quominus in suo Bene- ficio resideat, nullum ob non residentiam detrimentum sentire debet; ac propterea resolvunt Doctores Canonici expulsum per vim cui resistere non potest, veluti per potentiam alicujus coactum ab Ecclesia recedere, distributiones quotidianas percipere debere, Calder. conf. 17. notatur in d. c. unico infra eodem libro 6. & tenetur communem esse opinionem. Paris. conf. 32. num. 19 lib. 4. Covar. lib. 3. variarum resol. num. 27 cap. 13. num. 8. vers. Decimo. Idemque in eo, quia abest & non intersit propter excommunicationem vel carcerem abique sua culpa, tradit Felinus in cap. Apostolica num. 12. de except. Paris. & alii, ut per Gutierrez in quest. Canonici, c. 1. num. 137. declarantes hoc procedere in eo qui ante excommunica- tionem vel carcerem solitus erat Divinis interesse. Ergo saltem in casu ubi nulli sunt fructus, idem dicendum in eo qui abique sua culpa vel fraude aliqua cogitur invitus commorari in ser- vitio Episcopi.

Quibus non obstat hæc Decretalis, ubi est expressum, ab- sentibus in servitio Episcopi dari non debere victualia, ubi glossa & Doctores interpretantur victualia esse distributiones quotidianas, quia sic appellantur multis in locis: eo quod in victum quotidianum præstentur, ut videre est in d. c. unico ibi quotidianas distributiones que aliis manualia Beneficia seu

victualia nuncupantur & in c. Olim de verborum significatione. Unde hinc multi deducunt hujusmodi quotidianas distribu- tiones nunquam deberi absentibus pro servitio Episcopi; nam respondetur textum nostrum ac iura omnia que in contrarium facere videntur, procedere in distributionibus quotidianis que distinguuntur à fructibus grossis & à præbenda, hoc est in illis que ultra fructus grossos aut præbendas distribuuntur inter eos qui horis Canonici intersunt, quia hæc sunt veræ & proprie distributiones de quibus agunt textus & Doctores in con- trarium citati, dum dicunt distributiones quotidianas non dari his qui Episcopo intersunt, docent aut student in Scholis, prout constat ex supra relatis; & explicant glossæ in Extravag. in verbo in totum, ne Sede vacante inter communes glossas penult. & Doctores in eodem cap. unico de Clericis non resid. in 6. gloss. & alii in c. Licet de præbend. gloss. pragm. Sanct. tit. Quo tempore quisque debet esse in Choro, §. Jabet in verbo Distributiones, Rebuff. in concordatis tit. de collat. §. Primum vers. Distributionum. Paris. conf. 32. num. 5. & conf. 33. num. 2. lib. 4. Covar. lib. 3. variarum resol. c. 13. in prin- cipio. que procedere non possunt in aliis distributionibus que distri- buuntur in Ecclesiis, ubi nulli sunt fructus grossi aut præ- bendæ & omnes redditus in distributionibus consistunt. Nam cum succedant in locum præbendæ & massæ grossæ, non in- congrue fructus dici possunt. Quapropter de Jure communi sine diminutione dari debent absentibus in Episcopi servitio, cum illi aliis dari debeant fructus suarum præbendarum: quod verum esse constat etiam ex hac Decretali ex d. c. Licet & c. Cum non debeat de elect. in 6. dum disponunt ab eunt in Episcopi servitio vel in Scholis aut pro Ecclesie utilitate, 29 debent omnes fructus præter distributiones quotidianas.

Cæterum, que superius dicta sunt procedunt quidem in- spectâ Juri communi dispositione secundum quam absentibus ex legitima causa percipere debent integras distributiones in quibus universi Capituli redditus constantur post Concilium Tridentinum ita sunt temperanda, ut sic absentem percipiant duas tertias illarum partes duntaxat: amissa aliâ tertia que in- servientibus accrescit.

Differens ratio ea est, quia de Jure communi ne privi- legium sit elusorium & ne detur Canonici sine præbenda, ut considerant gloss. & Doctores in d. c. unico distributiones: omnes eo casu succedunt loco fructuum; ideoque absentem pro servitio Episcopi illas percipere debent abique dimini- tione, quemadmodum sine diminutione fructus præbendæ perciperent, si à distributionibus essent distincti, ut habetur in d. c. Ad audientiam infra eodem, ponderando verbum integrâ. Sed aliud dicendum est post Concilium, quâ Decretis c. 3. sess. 21. statuitur ut ibi nullæ sint distributiones vel ita tenentur, 31 ut veritatem negligantur, ab Episcopo separare tertia pars fructuum præbendæ; & in distributionibus quotidianas con- vertatur que inter Dignitates obtinentes & ceteros Divinis in- teressentes proportionabiliter dividantur. Ex merito igitur Sacre Sinodi est ut in iis casibus in quibus distributiones succedunt loco fructuum, tertia illarum pars retineat primæ- vam naturam distributionum in quas etiam veni fructus ex præscripto Concilii debentem converti & absurdum enim esset, ut magis operaretur fictio in casu ficto, quam veritas in casu vero; cum fictio non sit tanta potentia quante est veritas & naturalis actus, ut inquit Baldus in l. 4. cod. ad Vallesan. & conf. 337. In primi videndum num. 2. vers. Item nec debet lib. 1. sc. Paulus de Castro conf. 21. Primum dubium in fine lib. 1. Sed in casu vero absentem ex iusta causa, si veri fructus extant; deberent amittere tertiam illorum partem ob con- versionem ab Episcopo faciendam in distributiones quotidianas. Ergo illam amittere debent etiam in casu ficto, id est cum distributiones per fictionem seu Juri interpretationem in lo- cum fructuum subrogantur. Præterquam quod ex contrario sequeretur, ut plus perciperent absentem in illis Ecclesiis in quibus redditus omnes consistunt in distributionibus, quam in illis in quibus extant fructus à distributionibus distincti; quia hoc secundo casu absentem pro servitio Episcopi perciperent solummodo fructus, amissis distributionibus: cum ta- men in primo nihil prorsus amitterent; & sic distributiones quotidianas inducitur ad Divini cultus augmentum, operaretur illius diminutionem contra Juri regulas & contra rationem expressam in dicto capite 3. sessione 21. ibi, ne qua in parte minuat Divinus cultus; sed ei debentur omnibus in rebus ob- sequium præstetur.

Quibus accedit, quod facilis primæva natura retinetur, 33 quam nova inducatur, argum. legis per retentionem, cod. de usufructu & l. 2. ubi Baldus in 3. notat. cod. de fideicom. & naturalis causa præfertur accidentali, Abbas conf. 70. Videtur num. 2. vers. Præterea lib. 1. Sed fructus præbendæ ex præscripto Concilii debent eorum naturam immutare pro- tertia parte & novam accidentalem distributionem inducere. Ergo longe magis eandem naturam retinere debent pro tertia parte redditus illi qui jam à principio sunt vera distributiones quotidianas.

Poitremò septies respondit Sacra Congregatio Concilii, 35

absentes studiorum causa percipere debere fructus præbendæ tantum, amissis distributionibus quotidianis. Quod si universi Capituli redditus hujusmodi distribu- tionibus contenti, lucrari debere tertias illarum partes, amissa

aliâ tertia que interservientibus accrescit. Ergo idem dicendum in Canonici absentibus pro servitio Episcopi propter æqui- parationem de qua supra num. 21. argum. cap. Inter corporalis de translatione Episcoporum cum similibus.



# DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Cælestius III.

## CAPUT VIII.

EX parte vestra nostro fuit Apostolatu referatum, quod Ecclesiæ vestræ Decanus, qui in partibus Gallicanis sibi potius habitationem elegit, jam per decem an- norum spatium Ecclesiæ vestræ ipsius præsentiam habere nequit. Quia igitur no- lumus, ut eadem Ecclesiæ Decani officio defraudetur, Mandamus, quatenus scri- batis eidem, quod suum ibidem officium ut Decanus debeat exercere. Quod si vo- catus venire noluerit, eligendi alium, qui præse Ecclesiæ vestræ valeat, & pro- dasset, vobis ex tunc concedimus liberam facultatem.

## SUMMARIUM.

- 1 Prælati vel Clerici non residentes, qui citatus non re- vertitur, privandus est, nisi habeat iustum impedimentum
- 2 Prælati absentes etiam per decennium, ex hoc solo non censentur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 3 Rediisse non dicitur qui statim recedit.
- 4 Prælati qui ad Ecclesiam revertitur & statim recedit, am- plius non est monendus.
- 5 Prælati abscondens cui certus terminus fuit præfixus ad re- tendendum, in loco termino potest sine alia monitione.
- 6 Dammodo in concessione licentia fuerit monitus redire in termino.
- 7 Privatio revocatur postquam Prælati absens docuerit de le- gitimo impedimento.
- 8 Episcopus qui tantum præse desiderat & non præesse, non est dicendus Episcopus.
- 9 Prælati curam animarum habentes, tenentur in suis Ecclesiis personaliter residere.
- 10 Residentiam Postorum, an Concilium Tridentinum defini- erit esse de Jure Divino usque ad num. 20. & 28.
- 11 Episcopi tam præsentem quam absentem, an possint Pastoralia munia aliis delegare & num. 28. & 67. vers. Demum non obstat.
- 12 Assistere an importet personalem præsentiam & num. 31.
- 13 Papa habet curam, vigilantiam & sollicitudinem omnium Ecclesiarum & Populi Christiani in universo Orbe.
- 14 Deserere quis sit & num. 31.
- 15 Residentia debet esse laboriosa & non otiosa.
- 16 Episcopum non habere vel habere inutilem, paria sunt.
- 17 Episcopum quamvis possit aliquando Gregem deserere corpo- raliter: nunquam tamen potest illum deserere spiritualiter.
- 18 Juri Divino nullâ potest derogare aboleri.
- 19 Hæreticus est qui negat aliquem ex articulis ab Ecclesia de- finitis.
- 20 Episcopi & alii inferiores quibus cura animarum incumbit, an teneantur Jure Divino in suis Episcopatus vel Eccle- siæ personaliter residere & num. seq. usque ad num. 75.
- 21 Ambrosius Chataricus forte omnium primus, asservit Pas- torum residentiam esse de Jure positivum humano.
- 22 Conjectura injerendi per Vicarium in Beneficio curato & fructus in absentibus percipiendi, valida est secundum aliquos.
- 23 Contrarium num. 27.
- 24 Dispensatio ad duo curata est de Jure positivum & ideo con- cedi potest per Papam, etiam sine ulla causa.
- 25 Contrarium num. 56. & seqq.
- 26 Declaratur num. 61.
- 27 Destruere epus est cuius est condere, ibidem.
- 28 Papa potest bona Ecclesiæ curate in feudum concedere &

- statuere ut cura per Capellanum à feudatorio deputandam exerceatur & num. 65.
- 29 Residentiam in Episcopatus & Beneficium curatis esse de Jure Divino, qui Autores senserunt.
- 30 Residentia præceptum, quo sensu dicitur esse de Jure Di- vino.
- 31 Conjectura etiam immemorabilis percipiendi fructus Bene- ficii curati in absentia, etique per Vicarium injerendi, est corruptela.
- 32 Residentia præceptum in Episcopatus & Beneficium curatis esse de Jure Divino, multipliciter offenditur.
- 33 Episcopi tenentur præcepto Divino oves suas verbi Dei præ- dicatione, Sacramentorum administratione & bonorum operum exemplo pascere.
- 34 Meridum sine quo finis esse non potest, cadit sub obligatione finis.
- 35 Absentes dicuntur Ecclesiam deserere.
- 36 Episcopi præcepto Divino tenentur ad curam animarum, propter illarum salutem quæ est finis obligationis Epis- copalis.
- 37 Episcopalis Dignitas instituta est à Domino, propter Officium.
- 38 Meridum quibus Episcopum uti oportet ad curam animarum, quæ sint.
- 39 Episcopi & Parochi Jure Divino per seipso ac si legitime impediti fuerint, per alios prædicare tenentur & num. seqq.
- 40 Episcopum oportet esse Doctorem, ibidem.
- 41 Pastor dicitur occidere, quos tacendo noluit increpare.
- 42 Prædicatio est manus præcipuum istius Episcopi.
- 43 Pastoris Officium præcepto Evangelico incumbit ipsius Episcopo, nec potest alteri demandari & num. seqq. usque ad num. 54.
- 44 Visitatio Prælati curam animarum habentis, est de Jure Divino.
- 45 Officium pascendi per bonorum operum exemplum perso- nalissimum est, nec potest impleri per Ministros & num. seqq.
- 46 Episcopi dicuntur lux mundi.
- 47 Exemplum vite est veluti quoddam perpetuum prædicandi genus.
- 48 Episcopi debent in seipso offendere qualiter alios in Domino oportet converteri.
- 49 Episcopus pauper, ut extra suam Diocesim alteri Episcopo injeriat, abusus est detestabilis.
- 50 Agri sui stititatus, alieni non sunt irrogandi.
- 51 Altare unum non debet di cooperari, ut aliud cooperiatur.
- 52 Episcopi titulares in Ecclesia sunt per accidens.



- 48 Episcopus titularis sine rationabili causa creare, abusus est.
- 49 Episcopus in Diocesi aliena non est Pastor, sed mercenarius.
- 50 Debitor in Officiis & muneribus personalibus, non liberatur si per alium facit.
- 51 Sacerdos Officium vel Missam celebrans, per alium satisfacit his pro quibus tenetur offerre; sed non sua obligationi.
- 52 Substitutus non admittitur ubicumque electa est industria persona.
- 53 Episcopus qualis sit eligendus.
- 54 Episcopi potestatem jurisdictionis accipiunt immediate a Papa; sed potestatem Ordinationis immediate a Deo.
- 55 Pascendi Officium incumbit Episcopo ex Divina institutione qua ab Ecclesia immutari non potest.
- 56 Papa quomodo dispensare possit super residentia in Episcopatus & Beneficiis curatis & num. seqq.
- 57 Dispensatio dupliciter accipitur.
- 58 Papa dispensare potest super Evangelio, illud interpretando.
- 59 Dispensatio ad plura Beneficia curata, quam causam requirit & num. seqq.
- 60 Dispensatio ad Jus naturale non pertinet, sed ad positivum.
- 61 Dispensare non licet de factis Papa.
- 62 Dispensatio non habens respectum ad bonum commune, irrationabilis est.
- 63 Acceptio personarum non debet esse apud Papam.
- 64 Bona Ecclesiastica sunt Dei.
- 65 Dispensatio in iura carnalitatibus & affectionibus non dicitur dispensatio, sed distractio.
- 66 Dignitatem obtinere cui sit annexum Beneficium curatum, residere debet in Dignitate & constituere Vicarium perpetuum in Parochiali.
- 67 Vicarius perpetuus dicitur Curatus & Pastor animarum.
- 68 Residentia preceptum in Episcopibus & Curatis per se obligat non tantum semper, sed etiam ad semper.

EX parte, il. primò. Privandus est Prælatum, vel Clericus non residens, qui citatus non revertitur intra congruum terminum sibi assignatum, nisi habeat iustum impedimentum. Hoc dicitur duobus cap. seqq. Communis divisio. Secunda, ubi. Quia igitur. Et secundum Hostiens. notantur hinc tria. Fæcti perverso. Perversi Monitio & Monitio rebellis puniunt.

Nota primò, Prælatum à sua Ecclesia absentem etiam per decennium ex hoc solo non videri Ecclesiam habere pro delecta, nec esse ipso iure privatum imò nec privandum, nisi prius fuerit monitus & intra tempus sibi præfixum non redierit, ut hic patet & notat Petrus de Anchar. num. 1. in 2. notab. Annon. de Bure. Abb. & Alexand. de Nevo c. emas, n. 2. Adverte tamen quia non sufficit ut revertatur, nisi etiam permaneat, nam si rediret & statim recederet, non videretur residere, v. Relatum supra cod. l. Alind ff. de e. Divortium & l. divorcium ff. de divorc. quæ est canonizata in tit. recedit, amplius non est monendus, c. Clericus c. Sicut, & c. Si autem, de cohabit. Cleric. & mulier, secundum Petrus de Anchar. hic num. 3. in 4. notab. & Alex. de Nevo n. 8. post Hostiens. & Joan. Andr.

Adde alium casum, in quo monitio non requiritur, videlicet cum Prælatum volenti se absentare certus terminus fuit præfixus ad redeundum; tunc enim statim elapso termino privari potest, ut sic dicitur pro homine interpellat. l. Magnam, c. de contrah. stipulat. & c. Potuit de locato, secundum Goffred. hic. Quod tamen intelligit Joan. Andr. si in concessione licentia fuit monitus redire in termino, ut notat l. lite non contest. & sequitur hic Petrus de Anchar. n. 1. vers. Quærit. Joan. Andr. & Cardin. n. 5. Quod dic verum & vers. Quod procedit. Hoc tamen casu, licet & cum aliis est monitus in absentia, si doceat de legitimo impedimento revocabitur privatio, v. Præsensium 7. quæst. 1. secundum Anchar. hic in fin. Unde etiam post lapsum terminum prudenter Innoc. id. c. Extrapanda, n. 2. vers. Imò, & post hoc, infra, latus absentes ex Decreto Concilii Tridentini & ex Constitutione S. D. N. Urbani VIII. dicam in cap. proximo infra eod.

Secundo nota, Prælatum debere esse talem, qui possit præse pariter & prodesse; debet enim præse rectè iudicando, c. Iudicet 3. quæst. 7. prodesse verò predicando & rectè administrando secundum Cardin. hic n. 2. Alexand. de Nevo n. 5. concordat text. in d. c. Licet infra de Regular. aded ut Episcopus, qui præse desiderat & non prodesse, non sit dicendus Episcopus, cap. Qui Episcopus, 2. quæst. 1.

Ultimo nota, Prælatum teneri in sua Ecclesia personaliter residere, concordat c. Pervenit cum multis seqq. 7. quæst. 1. Quia nonnulli & c. Relatum, supra cod. cap. Extrapanda, §. Qui verò, infra de præben. & hodie est expressum tam de Episcopo, quam de inferioribus Curatis in Concilio Tridentino cap. 1. sess. 23.

- 69 Præcepta affirmativa in quo differant à negativis.
- 70 Residentia preceptum licet affirmativum, includit in se præceptum negativum.
- 71 Episcopales factus sunt in triplici differentia.
- 72 Pastorem, ita oportet esse assiduum munis Episcopatus, ut actum pascendi serè nunquam intermitteret.
- 73 Pascendi actus est principalis actus Episcopi.
- 74 Episcopus quandoque per accidens ad personalem residentiam non tenetur.
- 75 Episcopus quibus ex causis excusetur à personali residentia.
- 76 Impedimentum duplex.
- 77 Episcopus an possit ab Ecclesia abesse ex causa infirmitatis.
- 78 Persecutionum duæ sunt species & qua præbeat Episcopo iustam causam recedendi ab Ecclesia.
- 79 Negotium excusans Episcopum à residentia tripliciter consideratur.
- 80 Episcopus an possit abesse à Diocesi pro tuendis iuribus Ecclesie sue & n. 88.
- 81 Et quid pro necessitate spirituali alterius Episcopi.
- 82 Episcopi licite sunt legati ad pacem inter Principes Christianos.
- 83 Secus ad negotia temporalia.
- 84 Episcopus an & quando licite abesse possit à Diocesi pro negotiis universalis Ecclesie, vel pro servitio Papæ & numer. seqq.
- 85 Episcopus an esse possit Officialis in Romana Curia.
- 86 Condicio personæ an & quando excuset Episcopum à residentia.
- 87 Persecutionis tempore an liceat Prælatum fugere & plebem derelinquere.
- 88 Prælatum ut abesse possit à sua Ecclesia non sufficit legitima causa, sed requiritur etiam licentia.

§. Qui verò, infra de præben. & hodie est expressum tam de Episcopo, quam de inferioribus Curatis in Concilio Tridentino cap. 1. sess. 23.

Circa hoc decretum hesitari solet à peritque un Concilium ibi declaraverit Pastorem residentiam esse de iure divino, Navar. in Manuali cap. 25. numer. 121. vers. Ex quo obiter notandum, relatis verbis Concilii, ex illis notat non solum Episcopos, sed etiam Parochos iure divino teneri ad residendum in suis Parochiis & ad predicandum populo, quæ alibi non videtur ita expressa. Idemque ex eo decreto colligit Alphonsus Hojeda in tractat. de benefic. incompatibil. part. 1. cap. 1. num. 4. & Valqui in opus. moral. in spactat. de benefic. cap. 4. Paragraph. 2. dub. 1. num. 121. & videtur sensisse Sac. Congregationi Concilii, ut dixi, in cap. Bene, n. secundo num. 27. supra de prælat. Prælat. Sed alii existimant ex verbis hujus decreti nequaquam colligi sanctam Synodum voluisse hoc definire, ad quod expresse singula ibi enumerata Pastoris officia; nam etiam negandum non sit quin munia hujusmodi sint propria Pastorum ex iura Divino; tamen inde non sequitur, ut ad ea adimplendum necessarium requiratur de iure Divino Pastoris presentia. Si enim ita requiretur, eadem officia nullo modo essent delegabilia, cum tamen passim munus predicationis, Sacramentorum administratio, præterea cura pauperum & munia Pontificalia ab Episcopis tam presentibus quam absentibus tunc, recteque alteri delegentur, ut in cap. Inter cetera in fin. supra de off. Ordinari. cum mult. siml. Quin etiam, ut ipsi ajunt, neque ad oves agnoscendas, neque ad pascendas honorum exemplo, neque ad offerendum pro illis Sacrificium necessaria videtur presentia Episcopi, cum etiam absens possit per litteras & per alium oves cognoscere & bona opera facere & sacrificia offerre. Et confirmatur ponderando verba illa, quæ ita subnectuntur à Concilio videlicet; Quæ omnia ab his nequaquam præstari & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assunt sed mercenariorum more deserunt, non enim dicit prædicta munia non impleri ab his qui absunt, sed ab his qui non invigilant, neque assunt. Requiritur ergo in Episcopo vigilantia, ut excubent animo quantum vis absint corpore, eam dico vigilantiam, quam se habuisse Apostolus testatur, dicens, 2. ad Cor. 28. Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Ipse enim quantum de omnibus Ecclesiis esset sollicitus, non tamen omnibus Ecclesiis præsens esse poterat. Nec refragatur verbum illud, assunt, quia positum videtur pro sinuino illius verbis, invigilant superius explicati & congrue referri potest ad animam, ad solertiam, curam & diligentiam. Sic Romani Principes ex forma juramenti, quod præstant Ecclesie Romanæ, tenentur illi consilii & auxilio assistere oportunit, ut legitur in Clem. Unica, col. fin. de jurjur. & tamen hoc sine corporali presentia præstare possunt. Sed etiam dicimus Summum Pontificem esse totius, seu universalis Ecclesie Episcopum, c. Susceptor, in superscriptione, 3. quæst. 5. etique regimini præsidere. Extravag. l.æ debis de elect.

& habere curam, vigilantiam & sollicitudinem Ecclesiarum & populi Christiani in universo orbe, c. Cum instantia, de caus. Clem. Past. sed tamen corpore singulis Ecclesiis assint, sed animo & vigilantia illarum curam & tutelam gerit c. 1. de Imm. Eccl. & Extravag. Unigenitus, de pass. & remiss. Huic autem interpretationi videtur suffragari illud verbum deserunt quod contraponitur duobus illis intelligendum, ut presentia assint, nihil prætereò agant, cam ex Sacris Canonibus residentia sit accipienda in eum sensum, ut sit laboriose non otiosa. Hæc ibi pariter notat Episcopus habere inutilem & non habere c. 1. de præer. Quam multi autem Episcopi sunt, qui licet residentes, tamen more mercenariorum pecus derelictam & abijcunt curam, quam si longissime absentes de quibus Augustinus in d. c. qui Episcopatum, 8. quæst. 1. & Chirilostomus in c. multi, 40. dist. Hinc Cajet. in 2. quæst. 185. art. 5. ver. Tertium. Quamvis inquit liceat Episcopo in casu deserere gregem suum, non tamen licet ei unquam derelictum spiritualiter.

Pætereò ex modo loquendi, quo uti consuevit Concilium, facile colligit verbum deserunt, importare curæ negligentiam & contemptum, non autem corporalem absentiam, quippe cum in eodem cap. 1. in fine, ubi agitur de absentia personali, loquatur Concilium per verbum, abesse, nunquam autem per verbum deserere. Quod ipsum licet observare in cap. 1. sess. 6. Poltreo præcipit S. Sinodus in dict. cap. 1. sess. 23. tam decretum illud sub Paulo III. quam hoc ipsum de residentia in Conciliis Provincialibus & Episcopalis publicari, reddique rationem, ut nulla delictitudine aboleatur. At quo sunt ex precepto divino, nulla unquam possunt delictitudine aboleri, cap. Cum esset, de testam. & est communis omnium resolutio in c. Quanto, de consuetud. tunc Covarr. varior. resol. lib. 3. cap. 13. num. 9. Rationem reddit Sanctus Thomas in 1. 2. quæst. 83. art. 3. ad primam, quia lex divina procedit à voluntate divina; unde non potest mutari per consuetudinem procedentem à voluntate hominis sed solum per autoritatem divinam mutari potest; & inde est, ut nulla consuetudo vim legis obtineat contra legem divinam.

Quid dicendum? Ego existimo Concilium noluisse formaliter hunc articulum delinere, nam si voluisset, dilertis verbis expressisset, ut moris est Patrum in definitionibus fidei & idcirco decreta de Pastorum residentia non posuerunt inter Canones ad dogmata pertinentem, sed inter alia decreta de reformatione. Quin imò in d. c. 1. sess. 23. quamvis declaraverit Episcopos obligari ad personalem in sua Ecclesia, vel Diocesi residentiam, tamen hæc declarationem non posuerunt in prima parte Decreti, in qua egerunt de præcepto divino, neque illam deduxerunt immediate ex principio divini juris, sed eam posuerunt seorsim, ad alium finem, videlicet ne de reatura sub Paulo III. de residentia in sensu à sanctæ Synodi mente alienos traherentur, ut in §. Ne verò Demum Ecclesia neminem hætenus condemnavit ex 19.º, quod docuerit, vel affirmaverit etiam cum pertinacia residentia præceptum esse tantum de iure positivo Ecclesiastico & tamen factus esset si ejusmodi articulus esset ab Ecclesia definitus, cap. Sicut, 15. dist. c. Cum Christus, infra de hæret. & docet Sanctus Thomas in 2. 2. quæst. 5. art. 3.

Cæterum si singula utriusque, Decreti verba accuratè expendantur non obscure apparebit S. Sinodus utrobique voluisse virtualiter insinuar obligationem Pastorum ad personalem residentiam deduci ex precepto Evangelico. Huc enim spectant verba toties inculcata tam in c. 1. sess. 6. ibi, attendentes sibi & universo gregi &c. & ibi: ovium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo Iudice requirendus. Nec non ibi: propria vitam salutis immemoræ, terræque celestibus ad divinis humana presentibus in diversis curis vagantur, ovili derelicto &c. in d. c. 1. sess. 23. ibi, cum præcepto divino mandatum sit &c. & ibi: divinarum præceptorum memoris. Item ibi, cum corda Deo prætant, cuius opus non fraudulenter agere sine periculo tenentur. Item ibi; & mortalis peccati reatum, quem incurrunt. Non enim moris est S. Sinodi de mortali culpa mentionem facere, nisi ubi agitur de transgressione legis divine, ut in decreto de justificatione, sess. 6. cap. 15. Ac demum ibi Consuetudine etiam immemorabilis, qua potius corrueta dicenda est. Et hæc quantum pertinet ad explicationem mentis Concilii supradicti verbis involuntam.

Notæ Quæro absolute an Episcopi & alii inferioris, quibus cura animarum incumbit, teneantur Jure Divino in suis Episcopatus, vel Ecclesiis personaliter residere.

Hæc de re nulla fuit controversia apud antiquos, ut Ca-jetanus, advocavit in 2. 2. quæst. 185. art. 5. quia nullus contradicebat, quin Pastores animarum tenerentur præcepto divino ad personalem residentiam. Unde hæc questionem temporum iniquitas celeberrimè fecit, ut inquit Soto de just. & jur. lib. 10. quæst. 3. art. 1. & fuit du, multumque agitata in Concilio Tridentino. Inter Theologos & Canonistas, ut patet ex Actis Concilii, que in Arca S. Angeli allervantur.

Et quidem Ambrosius Catharinus Archiepiscopus Compis in opusculo de residentia, seu in Apologia quædam contra Dominicum Sotum & Bartholæum Mirandum forte omnium primus ante Concilii publicationem assensit residentiam in Episcopibus & beneficiis esse tantum de iure positivo humano. Sed ejus rationes infirmæ sunt, & equæ dissolvit Gabriel Valqui in opus. moral. in tract. de benefic. cap. 4. §. 2. dub. 1. & de scriptis eadem Catharinus & quanta cum cautela sint legenda, quæ Card. Bellam. adnotavit in opus. de Scrip. Ecclesiasticis.

Eidem sententiæ adhæsit etiam Concilium Albinianum in tract. de residentia & ex Canonibus videtur hoc sensisse Joan. de Imol. prout à quibusdam citatur in t. ult. de reser. lib. 6. ubi tenet valere consuetudinem interferventi per Vicarium in beneficio curato & fructus in absentia percipiendi. Quam opinionem nec fallam, nec prolixi veram esse audeat allegere Decius in cap. Cum omnes, in 2. l. ult. numer. 4. de Consi. eamque expresse conatur defendere ibi Andr. ab Exea, & num. 18. ut refert Covarr. varior. resol. lib. 3. c. 13. n. 9. hoc enim necessarium suppose residentiam in beneficiis Curatis non esse de Jure Divino, adversus quod nullam vim habet consuetudo, ut resolvunt omnes in cap. Quanto supra de consuetud. & notat covarr. loc. cit. Quin imò pro hæc sententia adduci potest autoritas Innocentii in c. Cum ad Monasterium, n. 3. infra de statu Monachor. ait enim: Nota quod quidam dicunt & forte non male quod licet in his que sunt contra Evangelium, non profice dispensatio, nisi ex causa fiat, non tamen hoc est verum in his dispensationibus, que sunt contra jus positivum tantum, sicut apparet in statutis & que facta sunt de Ordinibus conferendis intra certam intervallum temporum, ut 87. dist. per totam; Et quod quis non possit habere duas curas, ut notat supra de præben. De multa & de elect. c. Dudum. In his enim dispensationibus sufficit sola voluntas dispensatoris etiam sine causa, quod probat: nam si sola voluntaria constitutio erat causa quare aliqui prohiberentur; & sola voluntas erit causa quare prohibito relaxaretur quia ejus est destruere jus, qui illud condidit nec tenetur Princeps sua lege ligatus, ut cod. de legib. l. Digna non hæc Innocentius, qui ut videt non obscure sentit obligationem residentium in beneficiis curatis esse de iure positivo. Nam si secundum eum prohibitio habendi duas curas est ex voluntaria constitutione Ecclesie; & ideo Papa potest in ea dispensare pro libito voluntatis, etiam nulla causa subsistente; consequens est ut obligatio residentium in utraque sit ex constitutione Ecclesie non autem de Jure Divino, quia licet dispensatus necessario eximitur à residentia in alterutra ipsarum, cum impossibile sit in utraque personaliter residere; & Innocentium totidem verbis hic referunt & sequuntur Host. n. 3. vers. Dicunt etiam quidam & forte non male Joan. Andr. sub numer. 29. vers. Refert etiam Innocentius, Butr. cod. n. 29. vers. Numquid autem Papa & alii plures.

Quin etiam eidem sententiæ videtur potest aliquo modo adhæsisse Sac. Congregatio Concilii. Nam cum Papa Joannes omnia bona Ecclesie Breven. curavit in feudum concessisset Christophoro Valere & ejus successoribus cum onere eidem delervendi per Capellanum ab eis deputandum & omnia necessaria suppeditandi. Et Comes Vaccatus dicti Christophori successor Nobilis & egens petiisset declarari, an iure ea bona teneret: Sac. Congregatio censuit hunc Comitem posse se tueri ex autoritate Pontificis, qui fecit hoc & facere potuit nec Concilium revocavit.

Sed contrariam sententiam id est, personalem residentiam in Episcopibus & beneficiis Curatis esse de Jure Divino sequitur serè universa Theologorum Schola, eamque imprimis tumentur Cajet in 2. 2. 2. quæst. 185. art. 5. Franciscus Torrens Hispanus unus ex Theologis à Summo Pontifice missis ad Tridentinum. Concilium in special tractatu hæc de re edito; & omnium diuergentissime Bartholæum à Miranda Archiepiscopus Toletanus in ea controversia, quam luer hoc apud Tridentinum habuit, cui adversus Ambrosium Catharinum latissime subscripsit Dominicus à Soto de just. & jur. lib. 10. q. 3. art. 1. & 2. Corduba lib. 1. Questionarii q. 19. & Valqui in Opuscul. moral. in tract. de benefic. c. 4. §. 2. dub. 1. num. 121. Idem tenet Thomas Camppeggius, qui & Tridentino Concilio interfuit in opusculo de residentia



Navar. in Man. c. 25. num. 121. Covar. lib. 3. varior. re-  
 sul. cap. 13. n. 9. Alphonsus Hojeda alioz citans in tract.  
 de benef. incomp. part. 1. c. 1. nom. 4. late Ferret conf.  
 32. n. 14. & ex antiquis tribuitur hanc sententia Gabrieli in  
 2. dist. 15. qu. 18. art. 3. ubi. 2. & Adriano in 4. in ma-  
 teria de residuo. qu. de pluralit. beneficii. que incipit. Quia  
 in praxibus. Gerson. Alhabeto 24. lit. Q. & 40. lit. B.  
 26. l. & 44. lit. I. Quia in d. & Divi Thomae Quidlib.  
 2. art. 15. & in 2. 2. qu. 185. art. 5. prout illum citant  
 qui omnes docent Episcopos & Priatos curam animarum  
 habentes teneri ad personalem residentiam precepto divino  
 non quidem expresse per hanc formalia verba, Episcopi resi-  
 dentiam, nisi quomodo hoc legitur in Evangelio, sed per  
 verba equipollentia & idem importantia, nam & hoc Jus  
 Divinum appellatur, ut explicat Sotus d. art. 1. in 2. col.  
 2. vers. Ad hanc autem residentiam intelligentiam, licet fa-  
 teantur Episcopi & inferiores Curatos posse aliquando ex  
 legitimis causis a suis Ecclesiis absesse. Quibus alidi possunt  
 Canonice, qui tenent non posse consequentiam introduci, ut  
 quis percipiat fructus beneficii Curati in absentia & illi in-  
 ferriat per Vicarium, videtur enim tacite sentire residen-  
 tiam non esse de jure positivo humanum, quod potest con-  
 traria consuetudine aboleri, ut in c. in. de consuetud. Hi  
 autem sunt Innocent. in cap. Quia nonnulli, supra eodem,  
 Abb. in cap. Extrapanda, §. Quod verò col. 16. n. 36. de  
 preb. Archid. Gemin. & Prop. in c. Sacerdotibus 31. dist.  
 Gemin. in c. ult. de refero. in 16. super gloss. fructibus,  
 Felix. in c. Cum omnes, num. 33. de Constat. & Joan. de  
 Selva, de benef. in 2. part. quæst. 2. Quorum sententiam  
 probavit Concilium Tridentinum in d. e. 1. sess. 23. ubi  
 Constat. etiam immor. que potius corruptela censenda est.  
 28. Ego verò arbitror cum Cajetano loco citato, preceptum  
 de personali residentia esse de Jure Divino & obligare sem-  
 per & ad semper ex sui natura, licet per accidens quando-  
 que non obliget. Hæc assertiones sunt sigillatim probandæ.  
 29. Et quidem prima assertio, id est preceptum de personali  
 residentia esse de Jure Divino, omnino Patrum testimonis, que  
 copiose adducit Miranda ex Epistolis Athanasii, quas referunt  
 Franciscus Torrensis & Sotus locis supra citatis.  
 Probatur primò. Nam Episcopi & omnes quibus cura ani-  
 marum incumbit tenentur precepto divino oves suas agnos-  
 cere, verbiq; divini predicatione, Sacramentorum admini-  
 stratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere.  
 & in cetera munia pastoralia incumbere. Sed hæc omnia  
 ab his impleri non possunt, qui gregi suo non assistant,  
 sed mercenarium more deserunt, ergo Episcopi &  
 omnes curam animarum habentes, tenentur precepto di-  
 vino gregi suo assistere, eumque more mercenariorum non  
 deserere & consequenter eodem precepto divino tenentur  
 in suis Episcopatus & Parochiis personaliter residere. Major  
 propositio habetur diversis verbis in Concilio Tridentino  
 d. e. 1. in princ. sess. 23. & patet ex dicendis infra num.  
 34. & seqq. Minor propositio similiter est ad litteram ex-  
 pressa in eodem Concilii decreto in vers. Quæ omnia & in  
 cap. 1. sess. 6. ubi, Implere autem illud se nequaquam posse  
 sciunt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant.  
 Et est per se nota, quia non est possibile ut oves pascantur  
 ab eo, qui illas deserit more mercenariorum & suis assitit  
 ex dicendis infra num. 35. 38. & seqq.  
 30. Consequentia est clara, quia eadem obligatione, qua quis  
 tenetur ad finem, tenetur etiam ad medium, sine quo finis  
 esse non potest. S. Thomas in 1. part. quæst. 19. art. 3.  
 cum omnia ordinata ad finem habeantur sub ratione finis ut  
 l. Nam & Pædus, ff. de legibus, S. Thomas in 1. 2. in  
 princ. & notant in proposito & Cajetan. & Soto ubi supra.  
 31. Quod si Pastores tenentur precepto divino ovis suis  
 assistere, ex propria significatione importat nedum vigilan-  
 tiam & sollicitudinem animi, sed etiam corporalem presentiam  
 l. ult. in fin. cod. de Advoc. diver. judic. & idem est quod  
 adesse, cap. Si quem juncto, c. Quomodo in fine de procurat.  
 lib. 6. Concil. Tridentinum in c. 4. in fine sess. 13. similiter  
 verbum deserere, quavis aliquando significet idem quod  
 negligere, ut superius tetigimus, tamen ex proprietate vo-  
 cabuli importat subtractionem corporalis presentie & recessum  
 ab Ecclesia. Unde absentes à sacris Canonibus passim dicitur  
 Ecclesiam deserere, ut in c. Si quis Presbiter, ibi,  
 deserta Ecclesia sua ad altam transeundum esse creditur 7.  
 quæst. 1. cap. 2. supra eodem, ibi, Parochiam suam per an-  
 nos quinque contra Canonum instituta deseruit, cap. Inter  
 quantos in princ. & cap. Ex tunc, ibi, Qui se fraudulenter  
 absentat & ultra sex menses deseruerint Ecclesias, infra  
 eodem cum multis similibus.  
 32. Secundo, principaliter eadem propositio probatur, quia  
 Episcopi ex necessitate precepti divini juris tenentur ad curam  
 animarum propter illarum salutem, qui est finis obliga-

tionis Episcopalis S. Thomas d. quæst. 185. art. 5. secundum  
 illud Actor. 20. Attendite vobis & universis gregi, in quo  
 Spiritus sanctus vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei  
 quam acquisistis sanguine suo, cap. Singulorum, 5. quæst. 1.  
 Concil. Trident. c. 1. sess. 6. Dignitas enim Episcopalis  
 instituta est à Christo Domino propter officium, sicut Au-  
 gustinus dicit in Hystoria hominibus 7. Qui vocantur ad Epi-  
 scopatum, non ad Principatum vocantur, sed ad servitium to-  
 tius Ecclesie ut patet in cap. qui Episcopatum, 8. quæst. 1.  
 & c. Multi 40. dist. 6. Nisi cum pridem de renunc. & in  
 c. 1. sess. 23. Concil. Trident. ubi Episcopi dicuntur esse  
 vocati ad sollicitudines & labores pro Dei gloria & ani-  
 marum salute & passim alibi. Ergo ex eadem necessitate  
 precepti Juris Divini tenentur ad medium necessarium pro  
 cura animarum ut offensum est supra, n. 30. Media verò,  
 quibus Episcopatum uti oportet ad quomodolibet finem consequen-  
 dum secundum Cajetanum sunt infra scripta videlicet Doctrina,  
 Sacramentorum administratio, Consecratio, Visitatio,  
 Custodia ac Vigilantia. Que singula partim explicitè & partim  
 implicitè continentur in prælegatis decretis Concil. Trid.  
 cap. 1. sessione 23. & capite 1. sessione 6. Hujusmodi autem  
 alius tenetur Episcopus precepto divino pro seipsum exercere,  
 nam de doctrina Apostolus ait 1. ad Tim. 1. Oportet  
 Episcopum; & non dicit, oportet Episcopum habere. Do-  
 cere; & in ordinatione Episcopi dicitur, vade prædica præ-  
 palo Dei, ut in Pontificali Romano; & non dicitur: Mitte  
 ad prædicandum; & Paulus 1. ad Corinth. 9. Væ enim mihi  
 est, si non evangelizavero, necessitas mihi incumbit; & in 2.  
 dispensatio 43. dist. Anacletus vel secundum alios Nicol.  
 Papa; dispensatio, inquit, est nobis coactis feminis injuncta  
 ut si non speraverimus, ut si tacerimus; & in cap. præced.  
 Pastor dicitur oves occidere, quos tægendos non incipere  
 & non esse mundum à sanguine qui Dei consilium non an-  
 nuntiat. Et plura sacrarum litterarum testimonia habentur in  
 c. Si Res. & in c. Episcopi, 43. dist. & in d. e. Nisi cum pri-  
 demis renunc. ut propterea non mirum sit predicationis munus  
 dicitur Episcoporum præcipuum esse à Concilio Trident.  
 c. 4. sess. 24. At non esset præcipuum ipsius, si abique legiti-  
 mo impedimento posset per alium adimpleri. Unde merito  
 S. Simodus in dist. cap. 4. Episcopi mandat ut in Eccle-  
 siis suis per se, aut si legitime impedit fuerint per eos,  
 quos ad predicationis munus assumunt, in aliis autem Eccle-  
 siis per Parochos, sive ipsi impeditur per alios ab Episcopo  
 deputandos sacram scripturam & divinam legem annuntiant.  
 De administratione Sacramentorum patet, quia quedam  
 sunt Sacramenta que solus Episcopus potest ministrare, ut  
 Confirmationis & Ordinis, c. Quanto de consecr. c. un. §.  
 Per frontis christianitatem de Jura Unit. Concilium Florentinum  
 in decreto fidei Eugenii IV. §. Secundum Sacramentum  
 & §. Sextum Sacramentum; & Tridentinum sess.  
 7. de Confirmatione can. 3. & sess. 23. de Sacram. Ordin.  
 cap. 4. & in 7. Idemque patet de Consecrationibus Vir-  
 ginum, Ballicarum, de unctione Altarium, confessione  
 Chrismatæ & in similibus, in cap. Quomodo Chorepiscopi,  
 68. dist. c. Perlicis, §. Ad Episcopos 25. dist. c. Aqua  
 infr. de consecr. Eccl. vel Altar. & d. e. 4. de Sacrament.  
 Ordin. sess. 23.  
 De visitatione, custodia & vigilantia similiter patet, quia  
 nisi ad hæc Episcopi personaliter tenerentur, non esset ipse  
 Pastor custodius gregem & vigilans super eo, & agnosceret  
 vultum peccatorum sui, sed potius esset Dominus ovium habens  
 mercenarium, cui committitur ut vigilet, custodiat & visitet.  
 At manifestum est Episcopos ipse jure Evangelico esse Pas-  
 tores ovium Christi, juxta verbum Domini ad Petrum,  
 Pascite oves meas, Joan. 21. non enim dicit, fac pascere oves  
 & quamvis soli Petro hæc verba dicta fuerint, c. Signifi-  
 casti supra de elect. tamen Augustinus, in libro de Pastore c.  
 13. observat idcirco Christum in multis singulariter Petro  
 id quod omnibus erat commune ut unitatem commendaret:  
 multi enim inquit, erant Apostoli & uni dicitur: Pascite oves  
 meas. Ad hoc c. in novo, 21. dist. & c. Loquatur Dominus  
 24. qu. 1. Quod clarè explicans Ambrosius in Pastoralis:  
 Nobis, inquit, in verbis divinis creditur esse dispensatio, gre-  
 gemque Christi alienum suscepimus, & infra Reperiturum est  
 à Domino tertio Pascite oves meas: Quas oves, & quem  
 gregem non solum tunc Beatus suscepit Petrus, sed nobiscum  
 illas suscepit & cum illo nos suscepimus omnes. Insuper Dominus  
 Petro pascere oves, per quem ad reliquos omnes potestas &  
 autoritas pascendi manat à Deo. Hæc ille. Sed & Provocatio  
 27. dicitur, diligenter agnosce vultum peccatorum tui,  
 tanquam greges considera; & non dicitur, fac agnosce. Ex  
 quo testimonio eliciunt Doctores personale visitationem  
 Prebati esse de Jure Divino. Extrava. Salvator, de præben-  
 dicat. inter communes. Similiter de bonorum operum exemplo  
 dicitur Matth. 5. Vos estis lux mundi, & sic lucet lux  
 vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona &  
 glorificent Patrem vestrum qui in caelis est. Pondera, quia  
 non dicit, ut audiant opera vestra bona; sed ut videant,

hæc verba omnibus Episcopis Apostolorum successoribus  
 à Domino dicta fuisse, adnotavit Sot. de just. & jure lib.  
 10. quæst. 3. art. 1. col. 3. vers. Hæc quæstio ratione, & ad  
 Titum secundo. In omnibus præbe teipsum exemplum bonorum  
 operum & c. ad Timoth. 3. Oportet Episcopum irreprehensibilem  
 esse, sobrium prudentem, ornatum pudicum, &c. &  
 testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt. Item ab iis,  
 qui intus sunt, cap. unico, §. Ad exhibendam de jura un-  
 ctione, cap. Licet ergo 8. quæst. 1. Nihil est enim quod alios  
 magis ad pietatem & Dei cultum assidue instruat, quam eo-  
 rum vita & exemplum, qui se Divino Ministerio dedicaverunt.  
 Cum enim à rebus seculari in altiore tubilati locum conspici-  
 untur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conjiciunt  
 ex iisque sumunt quod imitentur, ut legitur in decreto  
 Concilii Tridentini c. 1. in princ. sess. 22. & hoc veluti  
 perpetuum quoddam prædicandi genus esse dicitur, in c. 1.  
 sess. 25. At ridiculum est affirmare Episcopum esse posse  
 irreprehensibilem, sobrium, castum & suis vitiis posse  
 præluere & exemplo esse per Vicarium, vel substitutum,  
 cum in seipso debeat ostendere qualiter alios in domo Dei  
 oportet conversari, dicitur textus in c. Cum in cunctis supra  
 de elect. & salus subditorum sit integritas prædicantium, ut  
 in c. Miramur, 61. dist. & in cap. 1. in princ. sess. eisdem  
 Concilii, item varias esse subditos posse imitationis exemplum  
 sumere ab Episcopo, in longinquis partibus notam trahente.  
 Unde patet officium hoc pascendi per bonorum operum exem-  
 plum ad quod præcepto divino obligatur Episcopi, esse  
 personalissimum, nec ullatenus posse per ministros adimpleri.  
 Denique de custodia & vigilantia idipsum patet ex autori-  
 tate Apostoli 2. ad Timoth. 4. Non enim dicit, Fac vigilare  
 sed dicitur: Tu verò vigila in omnibus labora, opus fac Evan-  
 geliste, ministerium tuum imple. Quomobrem cum singula  
 munia, ad quæ Episcopi precepto divino obligantur exigant  
 corporalem ipsorum presentiam & personale ministerium;  
 hic manifestè sequitur, ut eodem precepto divino ad per-  
 sonalem residentiam tenentur.  
 44. Non obstat si dicatur; Episcopi poterunt hæc munia exercere  
 per alios Episcopos pauperes; quoniam ut verbis Cajetan  
 iurista utar, absurdum est detestabile ut pauper Episcopus,  
 relicta sua Ecclesia, alteri serviat, cum lingali Episcopi te-  
 neantur ad hæc omnia per se explenda in sua Diocesi. Hinc  
 statim legitur in Concilio Antiocheno, c. 11. Episcopum de  
 Diocesi ad Diocesim alteram non debere transire, neque  
 si seipsum ingesserit, neque si à populo fuerit violenter at-  
 tractus, neque si etiam hoc ab Episcopo suadeatur. Ma-  
 nere autem debere enim in Ecclesia Dei, quam ab initio  
 sortitus est & non ab ea alio demigrare secundum regulam  
 super hoc olim à Patribus constitutum, referunt in capite.  
 Episcopos 7. quæst. 1. Item agris suis sitientibus alieni non  
 sunt irrigandi 1. Praes. cod. de servit. & aqua, ibi, Cum  
 sit duram & crudelitati proximum ex tuis præditis aqua  
 agrorum sitientibus agris tuis aliorum usum vicinarum  
 injuria propagari, c. Quia per ambitionem 64. dist. 1. 2. C.  
 Ut nemo privet. l. Pupillus, & ibi Bart. ff. de excusat. tutor.  
 gloss. in c. Qui vult in ver. seipso de penit. dist. 3. &  
 vulgare est non debere unum altare dicooperari, ut aliud  
 cooperatur, Clem. Quia contigit, de Reliq. domib. cap.  
 Cum casuum de prob. & in Autem. Quomodo oporteat Epis-  
 copos, §. Si verb.  
 Quod si insistas, saltem exerceri hæc poterant per Epis-  
 copos titulares. Respondet Cajetanus esse per accidens, ut  
 in Ecclesia sint Episcopi titulares: id enim contingit, quia  
 Ecclesie aliquæ sunt ab insideliis occupate vel destructæ,  
 ut in c. Pastoralis 7. quæst. 1. Quod autem est per acci-  
 dens ab arte, reliquitur nec infirmat rationem per se soli-  
 dam, l. naturalis, §. Patronum, ff. de acquir. rer. donum. l.  
 jura cum tribus seq. ff. de legib. Ut enim creentur Episcopi  
 titulares sine ulla rationabili causa & eo tantum sine ut ea  
 dignitate alicujus persona qualifictur, seu decoratur ab-  
 sitione est.  
 49. Præterea tollitur prædicta obiectio, quia quilibet Episcopus  
 five titularis, sive non, in alterius Diocesi non est Episcopus  
 proprius, sed alienus & mercenarius, cap. 1. cap.  
 Nullus Primas, & per totum 9. quæst. c. 1. 2. 3. & per  
 tot. 71. dist. 1. c. 3. infra de Paroch. & c. Cum nullus,  
 de tempor. ordinat. lib. 6. cum multis similib. & in specie de  
 Episcopi Titularibus patet in decreto Concilii Tridentini  
 sess. 14. c. 2. ibi: Nonnulli Episcopi Ecclesiarum, que in  
 partibus infidelium consistunt Clero carentes & populo Chris-  
 tiano, cum sepe vagabundis sint & permanentem solum non  
 habeant, non que Iesu Christi, sed alienas obus inficij Pastore  
 quærentes, & ut Iux à Domino jubentur pauci, non per  
 mercenarium, ad quem non pertinet de ovis, c. Adver-  
 satus, §. Hæc tunc servandum, 7. quæst. 1. sed per ipsum  
 Pastorem: At enim Dominus Joan. 10. Qui autem tra-  
 rat per ovium Pastorem est ovium, cuius vocem oves ejus  
 audiant & proprias oves emiserit ante eos vadit & oves illius se-

quantur, quia scilicet vocem ejus alienum autem non sequuntur,  
 sed sequuntur ab eo, quia non audiverunt vocem alienorum.  
 Hæc ibi. Pondera singula verba que evidenter demonstrant  
 officium Pastoris esse omnino personale ex pre-  
 cepto Evangelico, nec posse ex sui natura per alienum ad-  
 impleri.  
 Denum tollitur eadem obiectio. Quia tametsi aliquo spe-  
 ciali casu æque bene possent esse consultius utilitati Ecclesie  
 per deputacionem optimi Vicarii, vel Episcopi suffraganei;  
 non tamen propterea proprius Episcopus emittitur à per-  
 sonali residentia, quia tenetur precepto divino non tantum  
 ad providendum utilitati Ecclesie lux, sed etiam ad pascen-  
 dum per seipsum, ut proxime ostensum est. In debetis  
 autem, seu muneribus personalibus non absolvitur debitor,  
 si per alium facit, ut Cajetanus observat in 2. d. q. 185.  
 art. 5. & probatur in l. 1. & per tot. ff. de excus. muner.  
 & c. Qui ætate se excus. & tit. seqq. lib. 10. & c. Per 51  
 venit, de immun. Eccl. & tradit. feud. conf. 165. Propo-  
 nuntur lib. 5. Textus optimus in l. Inter artifices, ff. de  
 solutio. Sicut Sacerdos si divinum officium vel Missam ce-  
 lebrat per aliquem devotum Præbiterum, satisfactio quide-  
 m illis, pro quibus tenetur officium, vel sacrificium offi-  
 cisse, sed non propterea excusatur à celebratione officii,  
 vel Missæ, ad quam tenetur; quia debetur personale est,  
 cap. Nulli 7. q. 1. Concilium Tridentinum in cap. 4. sess.  
 22. & in cap. 12. vers. Omnes verò, sess. 24. Quod multo  
 magis procedit in muneribus publicis, præsertim ubi agitur  
 de regimine animarum, c. Cum sit, supra de stat. & qua-  
 lit. In his enim censetur electa industria persone; & idem  
 non admittitur substitutus, per regul. cap. in §. In enim  
 de off. deleg. & sunt jura aperta in c. Quia nonnulla, ibi,  
 Quæ residere in loco, & curam per seipsum valeat exercere,  
 & c. Relatum supra eod. cap. Clericos, ibi: alius substi-  
 tuere non permittas, cum id satis sit absolum, & absurdum,  
 de off. Vicar. c. Extrapanda, §. Qui verò de præb. ubi  
 dicitur: Qui Parochialem habet Ecclesiam, non per Vicarium,  
 sed per seipsum deseruiat, & notat Archid. in c. Sacerdo-  
 tibus, 11. q. 1. Abb. in d. §. Qui verò in num. 32. vers.  
 Quia in commissione cura eligitur industria persone, cui com-  
 mittitur; idem non est rationale quod ipse alio committat,  
 Dec. in c. Cum omnes, in 2. lect. in 1. notat. de Constat.  
 Ferret. conf. 32. n. 15. & pluribus probat Sotus de just.  
 & jure lib. 10. d. quæst. 1. art. 1. col. 20. vers. Ad ro-  
 ran ergo argumentationem. Unde merito B. Bernardus ab 53  
 Hostiensis relatus in d. cap. Extrapanda, num. 10. dicit: Qui  
 per Vicarium inseruit, per Vicarium remaneret. Quo  
 loco libet referre verba gravissimi Damasi Papæ Epit. 4.  
 quæ habetur tom. 1. Concil. pag. 164. At enim: Curam  
 vobis à Deo demandatam negligitis. Qui talia junctus, vi-  
 dentur mihi meretricibus esse similes, que statim ut parvum  
 infantem, alius nutricibus tradunt educandos, ut suam citius  
 luxuriam explere valeant; sic & isti infantes suos, id est  
 populos sibi commissos alius educandos tradunt, ut pro suo  
 libito curis secularibus inhiant, & ad Principes, & ad  
 eorum favores confugiant, & quod unicuique visum fuerit  
 liberius peragant: pro talibus enim anime negligunt, oves  
 perent, moris crescant, hereses & schismata procedunt,  
 Ecclesia destruantur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala  
 procedunt. Non enim ita Dominus docuit, nec Apostoli in-  
 struxerunt, sed ipsi, qui curam suscipiunt, ipsi peragunt. Nam  
 Dominus ovem perditam diligenter quaerit, ipse invenit,  
 ipse propter humeris reportavit. Si Dominus pro ovibus tan-  
 tam curam habuit, quid nos miseri dicere sumus, qui etiam  
 pro populo nobis commissio curam impendere negligimus, &  
 alius educandum tradimus? Hæc Sanctus Pontifex. Est sane  
 cum nihil magis meulent fieri Litteræ, Canonæ, & Con-  
 cilia, quam ut ad majorem Ecclesiarum regimen non assu-  
 matur nisi qui præstantior est ex omni populo, qui doctior,  
 qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, cap. Licet  
 ergo, 8. quæst. 1. cap. Cum in cunctis, supra de elect. &  
 hoc munus ejusmodi esse censent, ut si pro rei magnitudi-  
 ne expendatur, nunquam facti casum de eo videri pos-  
 sit, ut legitur in decreto Concilii Tridentini, cap. 1. sess.  
 24. & scripti plene in cap. Nisi cum pridem supra de renunc.  
 utique tam exquisitè diligençie, & cautela essent profus  
 supervacaneæ, si Episcopi possent muneri suo per alium  
 satisfacere.  
 Rufus non obstat si dicatur, Episcopi accipiunt potesta-  
 tem immediate à Summo Pontifice, cap. Qui se sci, & c.  
 Decreto, 2. quæst. 6. cap. Sacra sancta, & cap. Omnes  
 22. dist. & docent Alexan. de Ales, Albericus Magnus,  
 S. Thomas, S. Bonaventura relati à Cardinali Turricenti  
 in d. e. Omnes, 2. dist. ubi late hanc sententiam tuentur.  
 Ergo Episcopi tenentur personaliter residere jure Pontifi-  
 cio, non autem Divino.  
 In inquam non obstat, Primò, quia Episcopi accipiunt hæc  
 immediate à Romano Pontifice potestatem jurisdictionis tra-  
 tum. Et ita loquuntur Canonæ, & DD. supradicti, &



DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

Idem Alexander III.

CAPUT VIII.

DE cætero: & infra. Statuimus ne Canonicis, donec in servitio tuo fuerint, quidquam subtrahi debeat, vel auferri, quod de communitatis sibi beneficio debetur, Nisi fortè sint victualia, quæ non consueverunt absentibus exhiberi.

SUMMARIUM,

- 1 Canonicus existens in servitio Episcopi, percipit fructus beneficii, sed non distributiones quotidianas.
- 2 Et quid de existente in servitio inferioris Prælati & n. 6.
- 3 Beneficiarius absentibus de jure communi nihil debetur ex redditibus beneficii.
- 4 Absentes pro servitio Domini sui pro presentibus sunt habendi.
- 5 Episcopi habere possunt duos Canonicos tantum pro servitio suo, etiam sine Capituli consensu & non probata utilitate Ecclesie.
- 6 Declaratur num. 12.
- 7 Prælati inferiores an uti possint opera duorum Canonicoꝝ sine Capituli licentia vel non probata Ecclesie utilitate.
- 8 Episcopus, an & qualiter pro suo servitio habere possit ultra duos Canonicos & n. seq.
- 9 Licentia Capituli non requiritur, ut plures Canonici quam duo abesse possint ex causa utilitatis Ecclesie, sed sufficit licentia Episcopi.
- 10 Distributiones quotidiana absentibus non debentur, quantumcumque absint ex justa causa.
- 11 Distributionum quotidianarum qua sit natura.
- 12 Canonici duo, vel Beneficiarii absentes pro servitio Episcopi, an percipere debeant sine diminutione distributiones quotidianas, in quibus universi Capituli redditus consistunt & n. seq. usque in finem.
- 13 Absentes pro servitio Episcopi, quatenus Episcopus est, censentur abesse pro servitio Ecclesie.
- 14 Ecclesia est in Episcopo.
- 15 Beneficiarii Cathedralis Ecclesie, sicut & Canonici absentes pro servitio Episcopi percipiunt integri fructus beneficiorum suorum.
- 16 Canonici duo cogi possunt, etiam invitati Episcopo inseruire.
- 17 Absentia causa quadam probabilis est, quadam necessaria.
- 18 Distributiones quotidianas de jure communi integrè lucrantur duo Canonici in servitio Episcopi existentes, si universi Capituli redditus hujusmodi distributionibus consistunt. Et quid post Concilium Tridentinum num. 29.

- 19 usque in finem.
- 18 Distributiones quotidiana succedunt loco fructuum præbende, ubi nulli sunt redditus à distributionibus distincti & n. 23.
- 19 Intellectus, cap. Olim de verbor. significat.
- 20 Privilegia juris ita intelligi debent, ut aliquid operentur & non sint elusoria.
- 21 Absentia pro servitio Episcopi & studiorum causa æquiparantur.
- 22 Studiorum causâ absentes, de jure communi integrè percipiunt distributiones quotidianas, in quibus redditus omnes consistunt.
- 23 Idem in obvenientibus ex dispensatione Apostolica Canonicoꝝ & Parochialium.
- 24 Canonici nullam detrimentum sentire debent ex absentia cum non stat per eos quominus resident.
- 25 Distributiones quotidiana debentur Canonico ab Ecclesia per vim expulso.
- 26 Item injustè excommunicato, aut carceri mancipato si antè solutus erat Divinis interesset.
- 27 Victualia cur dicantur distributiones quotidianas.
- 28 Distributiones quotidiana propriè qua sint.
- 29 Canonici absentes pro servitio Episcopi post Concilium Tridentinum percipere debent duas tertias partes distributionum, ubi alii non sunt redditus à distributionibus separati, & n. seq. usque in finem.
- 30 Distributiones ubi nullæ sunt vel tenes, tertia pars fructuum separari debet & in distributionibus convertitur.
- 31 Fictio non est tanta potentia, quantum est veritas & naturalis actus.
- 32 Natura primævia facultatis retinetur, quam nova inducitur.
- 33 Naturalis causa præferret accidentali.
- 34 Canonici studiorum causâ absentes post Concilium Tridentinum lucrantur duas tertias partes quotidianarum distributionum, in quibus redditus omnes consistunt annulla alia tertia, quæ accrescit inserventibus.

DE cætero. Legitur dupliciter. Primò exponendo litteram, ibi, *In servitio tuo*, id est, Episcopo, nam Episcopo loquitur secundum Host. *princ.* Et juxta hanc lecturam summatur sic. Qui est in servitio Episcopi percipit fructus beneficii tanquam resident, sed non distributiones quotidianas. Secundò legitur intelligendo litteram generaliter non tantum in Episcopo, sed etiam in quocumque alio Prælato habente in subditis ordinariam Jurisdictionem, prout intelligit Innocentius, cujus opinionem sequuntur communiter Doctores, ut hic testatur Abb. n. 3. Nam littera simpliciter dicit, *In servitio tuo*, nec colligitur ex superscriptione, cui hæc Decretalis epistola directæ. Et fortè Pontifici respicit inferiori Prælato. Et eadem ratio militat in omnibus prælati respectu subditorum, ut dicunt Joan. Andr. Butr. Abb. & alii. Nisi tamen Canonici, vel inferiores Clerici hoc malitiosè procurarent, vel affectarent, arg. l. 2. §. Si quis caution. & l. qui mittuntur cum duobus seqq. ff. Ex quibus Can. major, secundum Innocent. Host. & Joan. Andr. Et juxta hanc lecturam Decretalis hoc intendit, Canonici, qui est in servitio Prælati, fingitur residere. Dividitur in duas partes. Primò ponit dictum. Secundò exceptionem, ibi, *Nisi fortè.*

Notæ primò casum in jure expressum, in quo Canonici percipiunt in absentia fructus præbende. Regula enim est in oppositum, quia absentibus nihil debetur ex redditibus beneficii & hoc est jus commune, c. Cum omnes, ubi hoc notat gloss. 1. *suprà de Constitution. c. Pervenit, il. secundo de appellat. c. Inter quatuor & c. fin. infra eadem gloss. in c. Prox. in ver. deserviat supra eodem; Butr. hic num. 2. & alii apud Covarr. lib. 3. varior. resol. c. 13. num. 3. v. Verùm. Sed fallit in Canonici in servitio Episcopi existentes, ut hic patet. Et sufficit ut absint pro servitio Episcopi, quatenus Episcopus est, licet verè utilitatem Ecclesie non prosequantur, secundum Doctores, ut latius dicam infra n. 12. Ad hoc textus optimus in l. Testamento ff. de alienen. & cibor. legat. & in l. Prædita, §. 1. ff. de fund. instr. ubi absentes pro servitio domini sui pro presentibus sunt habentes.*

Dicit tamen notabiliter Host. hic num. 1. vers. Dicit, hoc esse privilegium Episcopi speciale, ut possit pro servitio suo uti opera duorum Canonicoꝝ, etiam sine Capituli consensu & non probata utilitate Ecclesie, idemque Canonici percipiunt in absentia fructus Præbendarum suarum. Sed in aliis inferioribus Prælati necessarium esse licentiam Capituli

utilitatem ordinetur omnes beneficii fructus percipere debent. Idque aperte elicitur ex textu in d. c. Ad audientiam infra eod. qui cum in principio egerit de absentibus pro servitio Episcopi; postea in fine dicit eos in Episcopi & Ecclesie servitio commorari, planè significans servitium Episcopi utque ad eum Ecclesie servitio esse conjunctum, ut qui pro servitio Episcopi absint, in Ecclesie servitio commorari dicantur.

Quæ omnia habent locum non solum in Canonici verum etiam in quibusvis aliis ejusdem Ecclesie beneficiariis prout supponit Innoc. hic in princ. & ferè omnes in d. c. Ad audientiam, & Silvest. in ver. Residentia num. 7. Rebuff. ubi supra num. 36. & Navarr. d. c. 25. num. 121.

Qui sanè duo Canonici vel Beneficiarii non solum ulterò debent suo Episcopo inseruire in his quæ respiciunt ipsius & Ecclesie utilitatem, ut ex proxime relatis patet; verum etiam ad id inviti ab eodem possunt cogi, ut sentit gloss. in d. c. Ad audientiam in ver. Ut duo in fine, ibi, ultra duos non posse cogere & ibi etiam Abb. n. 3. post Innoc. in d. c. De cætero. Quo fit ut causa absentis pro servitio Episcopi non solum sit justa & probabilis, verum etiam necessaria, propterea quod est justificata & approbata à jure, atque includens necessitatem, quia potest quipiam illorum ad absentiam necessariò cogi prout in causa militie, legationis & similibus resolvunt gloss. fin. in princ. Butr. & DD. in l. ult. ff. de in integr. restitut. Jal. num. 3. ibidem & recentiores in §. Rursus instit. de action. dum distinguunt causas absentie, ut quedam sint probabiles & necessarie simul; alie verò probabiles tantum & non necessarie, veluti causa studii ex qua est quis possit abesse, non tamen cogi necessariò.

Quibus ita suppositis, verus videtur in casu de quo agitur mus duobus Canonici, seu Beneficiariis Ecclesie in servitio Episcopi absentibus, quod spectat ad juris communis dispositionem dari debere line diminutione hujusmodi distributiones ex sequentibus.

Secundò nota in ver. Nisi fortè, victualia seu distributiones quotidianas non debent absentibus, quantumcumque absint ex justa causa, sicut non debentur Canonici in servitio Episcopi existentibus, ut hic patet & not. Petr. de Anchar. in secundo notabili. Etenim harum distributionum ea est natura, ut non debeantur his qui sicut & per juris interpretationem, sed his tantum, qui verè itatis horis interfuerint, ut in c. unic. infra eod. lib. 6. innovato à Concilio Trid. in c. 12. vers. Distributiones verò, sess. 24. & tradit Covarr. lib. 3. varior. resol. c. 13. n. 2. vers. Nam harum distributionum.

An autem & in quibus casibus obtinentes beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis licitè percipere possint in absentia fructus præbende, vel distributiones quotidianas, scripsi latissimè in c. Licet, infra tit. prox. à n. 15. usque ad num. 171.

Quero, an duo Canonici, vel Beneficiarii absentes pro servitio Episcopi percipere debeant integrè distributiones quotidianas, in quibus universi Capituli redditus consistunt. Constat hic casus in Ecclesia Cathedrali Leirienfi, in qua non sunt præbende distincte, neque aliqui fructus, ut vocant, grossi; sed omnes redditus Mensis Capitalaris consistunt in distributionibus quotidianis quæ dividuntur inter beneficiarios horis Canonici & divinis officiis interessentes, & inter eos, qui pro interessentibus habentur. Sed cum eisdem Ecclesie Episcopus duos ex his beneficiariis in suo servitio detinet & eorum opera utatur in causis visitationum & aliis similibus iustis & honestis, ab eodem Episcopo questum est.

An flante decreto c. 12. sess. 24. Conc. Trid. idem duo beneficiarii, ut præfertur in servitio Episcopi existentes percipere debeant sine diminutione hujusmodi distributiones. Pro solutione præsentis dubii supponendum est duos Canonicos, qui absint pro servitio Episcopi, percipere fructus Præbendarum suarum, juxta textum hic & in d. c. Ad audientiam infra eod. & utrobique notant DD. Rebuff. in præxi benef. tit. de Vicar. Episc. n. 5. & tit. de dispens. de non residen. à n. 37. Silvest. in summa in ver. Residentia n. 7. & Navarr. in Manu 25. num. 121.

Ratio est, quia absentes ab Ecclesia pro servitio Episcopi ubi servitium vel necessarium vel utile est Ecclesie & respicit Episcopum, quatenus Episcopus est, juris censura præsentem reputantur & censentur inseruire Ecclesie d. c. Ad audientiam, ibi, cum absentes dicit non debent, sed præfentes, qui tecum pro tuo & ipsius Ecclesie servitio commorantur. Et servitium Episcopi, quatenus Episcopus est censetur quasi servitium Ecclesie, cui præfedit eum Ecclesia sit in Episcopo, c. Scire debet 7. qu. 1. c. Similiter 16. qu. 1. capite. Hæc hostij placiti 12. quæst. 2. & notat hic glossa prima, Host. in princ. & reliqui omnes. Et quamvis Innoc. dicat oportere ut necessitas & utilitas vel Episcopi vel Ecclesie adit, tamen intellectus de Episcopo, ut Episcopus est; tum quia allegat textum in dicto capite Ad audientiam, qui hanc habet sententiam ut mox patebit. Tum quia Innocentius subdit: alius cum non perireretur ad officium suum non possit eis præcipere, c. Quia frater 7. qu. 1. & notatur in c. Ad aures supra de tempor. ordinat. Itaque sicut absens pro utilitate & servitio suæ Ecclesie percipit fructus beneficii, quia residere & illi inseruire censetur, c. Ex parte tua infra eod. c. Cum non debeat, de elect. lib. 6. Sic eadem censura juris absentes in servitio Episcopi dummodo servitium ad eundem, quatenus Episcopus est, & ad Ecclesie

utilitatem ordinetur omnes beneficii fructus percipere debent. Idque aperte elicitur ex textu in d. c. Ad audientiam infra eod. qui cum in principio egerit de absentibus pro servitio Episcopi; postea in fine dicit eos in Episcopi & Ecclesie servitio commorari, planè significans servitium Episcopi utque ad eum Ecclesie servitio esse conjunctum, ut qui pro servitio Episcopi absint, in Ecclesie servitio commorari dicantur.

Quæ omnia habent locum non solum in Canonici verum etiam in quibusvis aliis ejusdem Ecclesie beneficiariis prout supponit Innoc. hic in princ. & ferè omnes in d. c. Ad audientiam, & Silvest. in ver. Residentia num. 7. Rebuff. ubi supra num. 36. & Navarr. d. c. 25. num. 121.

Qui sanè duo Canonici vel Beneficiarii non solum ulterò debent suo Episcopo inseruire in his quæ respiciunt ipsius & Ecclesie utilitatem, ut ex proxime relatis patet; verum etiam ad id inviti ab eodem possunt cogi, ut sentit gloss. in d. c. Ad audientiam in ver. Ut duo in fine, ibi, ultra duos non posse cogere & ibi etiam Abb. n. 3. post Innoc. in d. c. De cætero. Quo fit ut causa absentis pro servitio Episcopi non solum sit justa & probabilis, verum etiam necessaria, propterea quod est justificata & approbata à jure, atque includens necessitatem, quia potest quipiam illorum ad absentiam necessariò cogi prout in causa militie, legationis & similibus resolvunt gloss. fin. in princ. Butr. & DD. in l. ult. ff. de in integr. restitut. Jal. num. 3. ibidem & recentiores in §. Rursus instit. de action. dum distinguunt causas absentie, ut quedam sint probabiles & necessarie simul; alie verò probabiles tantum & non necessarie, veluti causa studii ex qua est quis possit abesse, non tamen cogi necessariò.

Quibus ita suppositis, verus videtur in casu de quo agitur mus duobus Canonici, seu Beneficiariis Ecclesie in servitio Episcopi absentibus, quod spectat ad juris communis dispositionem dari debere line diminutione hujusmodi distributiones ex sequentibus.

Primò, quia in Ecclesiis, in quibus non sunt præbende distincte, neque etiam fructus grossi, sed omnes redditus consistunt in distributionibus, quæ singulis diebus & horis distribuuntur inter illos qui interfuerint & nihil datur non interessentibus; tales distributiones succedunt in locum præbendarum & fructuum, quos grossos communiter appellamus ut expressè notat gloss. pen. vers. Et ad hoc facit & vers. Sed quid dicit in c. un. infra eod. lib. 6. quam ibi sequuntur Gemin. §. Qui verò n. 14. Franc. n. 8. & reliqui omnes. Sed in Ecclesia prædicta nullæ sunt præbende, aut fructus grossi, sed totum in distributionibus consistit, quæ interessentibus distribuuntur & nihil datur eis qui non interfuerint. Ergò tales distributiones jure debentur beneficiariis in Episcopi servitio commorantibus, cum ex juris dispositione illis debeantur fructus suarum præbendarum.

Secundò, pro hac sententia facit textus in c. Olim de 19 verbor. signific. juxta intellectum gloss. penult. & aliorum ibidem post Host. & Joan. Andr. quos referunt & sequuntur gloss. pragmat. functioni, tit. quo tempore quisque debet esse in Choro, §. Subt. ver. Distributiones, Paul. conf. 32. num. 7. lib. 4. Anton. de Butr. & alii complures hic secundum quos in d. c. Olim, manualia beneficia, hoc est distributiones quotidianæ debentur ei qui non intererat horis & juris censura residere fingebatur, quia videlicet in Ecclesia, de qua textus ille agit non erant præbende distincte, aut aliqui fructus grossi sed omnes redditus consistebant in illis manualibus beneficiis, seu quotidianis distributionibus, quæ cum succedant in locum fructuum præbende, quos Canonici singuli habere debent, c. Relatum, de præb. ne detur Canonica sine præbenda, c. Dilectus il. 1. eod. tit. hæc distributiones sapiunt naturam fructuum præbende, in quorum locum subrogantur in his Ecclesiis, quæ alios fructus non habent, juxta regulam text. in c. Ecclesie ut lit. pendens. Unde sicut in Ecclesiis habentibus præbendas & fructus grossos, tales fructus debentur his, qui in Episcopi servitio commorantur ut ex initio relatis patet, sic in aliis Ecclesiis, ubi nec præbende, nec alii grossi fructus habentur, sed redditus omnes in distributionibus consistant, illas absentes in Episcopi servitio habere debent.

Tertio, suadet hæc sententia ex hoc, quia certum est ad privilegia à jure communi indulta semper ita esse intelligenda ut juxta concedentis intentionem operentur, ne alias sint frustratoria, c. In his, vers. Cum autem de privili. cap. Si Papa eod. tit. lib. 6. tradunt Ant. de Butr. conf. 19. n. 3. Cravert. conf. 135. Rebuff. in præxi. tit. de differentia inter rescriptum & privilegium num. 10. Si autem in his Ecclesiis in quibus nulli sunt fructus grossi & totum in distributionibus consistit, hujusmodi distributiones non deberentur absentibus in servitio Episcopi, utique privilegium, de quo in hac Decretali pro his, qui in Episcopi servitio commorantur nihil omnino opereretur, sed elusorium esset, quod absurdum est & contra juris intentionem, prout arguit & concludit gloss. fin. communiter recepta in c. Licet infra de præbend.

Quarto, urget maxime pro hac parte, quod juxta com-



se habet ad Ecclesiam Romanam vel universalem, sicut pars ad totum seu membrum ad caput, certum est, si necessitas possit licite posse Episcopum a sua Ecclesia abesse, arg. d. e. Bona, ille primò de postulat. Pralat. & c. cum dilectus infra eodem & est expressum in Decreto Concilii Tridentini d. c. 1. sess. 23. ibi: evidens Ecclesia vel Republica utilitas; nam bonum partis ordinatur ad bonum totius, ut ad finem; & debet pars exponi pro bono totius, ut cum manus præditur pro salute totius corporis, cap. Rescedenda 29. quæst. 3. Sanctus Thomas in 2. 2. quæst. 6. art. 1. Silvester in verbo Homicidium 3. num. 4. quo tamen loco libet referre ad litteram notabilia verba & declarationem Cardinalis Cajetani in dict. art. 5. vers. Cum vero negotium, ait enim: est tamen hic opus distinctione, an negotium hujusmodi universalis Ecclesie sit necessarium exigens Episcopum vel non; nam si negotium necessarium exigit Episcopum, ut ire ad Concilium Generale vel ad Sinodum Provinciale: quæ etiam se habet ad Ecclesiam Episcopalem, ut totum ad partem: constat quòd rationabilis est absentia; sed si negotium universalis Ecclesie non necessarium exigit Episcopum: puta quia persona Episcopi habet officium quo oportet ipsum universalis Ecclesie servitio perpetuo personaliter Roma deservire, verbi gratia, est Secretarius Sedis Apostolica vel Auditor Rote aut hujusmodi: non ex hoc excusatur a residentia quoad Deum; & ratio diversitas est, quia partes dupliciter ordinantur ad bonum totius. Primò absolute; & sic secundum naturalem statum ordinantur ad bonum totius, sicut manus, pedes & reliqua membra hominis absolute quidem ordinantur secundum suos naturales status ad bonum hominis cuius sunt partes. In casu autem quo totius bonum periclitatur, partes etiam per se naturali modo ordinantur ad bonum totius; scilicet autem casu necessitatis seu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua; sed nititur singulas personas salvare in suis naturalibus status. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto & partibus Ecclesia Politica secundum eam rationem: ita quòd qualibet particularis Ecclesia ordinatur ad universalis Ecclesie bonum & servitium, absolute quidem, salubri cujusque Ecclesie perfectione. In casu autem necessitatis ordinatur ad bonum universalis Ecclesie, etiam cum sui detrimento; & quia servitia quedam, ut ire ad Sinodum, sunt manifeste in articulo necessitatis Ecclesie universalis vel Provincialis. Servitia autem quæ Roma in hujusmodi officiis exhibentur, nullâ necessitate communiter exigant, ut Episcopi incumbant talibus officiis; sed sunt tales in Ecclesia Dei, velut monstrata in natura; ideo non excusantur a residentia; & si infister quòd residentes in Ecclesia communi, qualis est Romana, censentur ubique residere. Respondetur quòd si hoc est verum fitione positivi Juris, quòd Juris relinquo, non tamen est verum quoad Deum. Hæc Cajetanus, quem multum extollit Sotus d. art. 4. vers. Si autem necessitas universalis Ecclesie; qui tamen addit, si Papa expedierit propter egregiam doctrinam aut singularem auctoritatem persone accrescere aliquem Episcopum ad Curiam, cujus consilium capiat in commune bonum: licet quidem ad tempus cum a suo Episcopatu evocare. Quod ex eo confirmari potest, quia Leo Papa secum habuit Prosperum Episcopum Regensem; & Urbanus III. Anselmum Episcopum Lucentem; & Gregorius lib. 12. epist. 15. invitavit Junivium Episcopum Catanensem, ut Roman veniret: ut ipsum in Sacro eloquio collegam haberet.

86 Condicio autem persone excusans Episcopum a personali residentia, secundum Cajetanus est unica, videlicet cum persona talis est, ut melius aut saltem æquè bene per eam ab-

sentem regatur Ecclesia, quam regeretur per aliam presentem. Quod & Sanctus Thomas docuit dict. quodlibet 9. art. 15. c. hac ratione sunt sex Episcopatus prope Urbem habentes Romæ residentiam, quia sunt Episcopatus Cardinales, ut in Constitutione S. D. N. de qua infra in cap. proximo. Similiter et eandem rationem potest unus plures Ecclesias habere, deficientibus aliis idoneis, cap. Illud 21. quæst. 1. glossa in c. Dudum, ille 2. in verbo Institutam ad finem supra de elect. Unde in Polonia ob Sacerdotum penuriam, non raro dispensatur super pluralitate Parochialium Ecclesiarum & in Germania super pluralitate Cathedralium, ut dixi in dicta cap. Dudum.

Porò, quia his casibus per accidens est ut Episcopus excusetur a residentia, videlicet ob defectum idonei Pastoris, non mirum si etiam per accidens oporteat supplere vices proprii Pastoris per Episcopum titularem vel Vicarium. Sed his casibus cessantibus & per se loquendo, residentie præceptum Jure Divino obligat semper & ad semper; & hæc est aperte doctrina Divi Thomæ in 2. 2. d. q. 185. art. 5. ubi nec persecutionis tempore concedit licitiam esse absentiam Pastoris, nisi in casu, quia inquit, subditum Jura exigit persona Pastoris presentiam, non debet Pastor personaliter Jura Gregem deserere, neque propter aliquod commodum temporale; neque etiam propter aliquod periculum imminens, cum bonus Pastor animam suam ponere tenetur pro ovibus suis; & sic dicitur ex præcepto Evangelico obligationem residentie in Ecclesia, etiam utque ad sanguinem effusionem. Quem locum Divi Thomæ fultus explicat Sotus de Justitia & Jure lib. 10. q. 3. art. 4.

Eidem sententia adherent unanimiter Canonistæ, dum in persecutione extrinseca quam patitur Ecclesia à Tyranno & manifestis inimicis quotiescumque sine Prælo non est tuta salus Ecclesie vel cum non solus Prælatus queritur; sed etiam Clerus, concludunt Prælatum non posse Ecclesiam deserere; sed potius debere animam suam ponere pro ovibus suis, exemplo Beati Thomæ Cantuariensis qui pro hac causa Martirium subiit, c. Sicut dignum de homic. ita glossa in c. Adversitas in verbo Hoc etiam 7. q. 1. quem sequitur Innoc. in c. Nisi cum pridem in verbo Maltiam lib. 4. Holt. Card. Anton. de Butr. Anchar. & alii communiter supra de renunc. & probatur in c. Suggestum in c. Scisitaris & in d. c. Adversitas & in 3. Hoc tunc servandum 7. q. 1. Ergo si etiam persecutione ingruente tenetur Pastor potius mortem subire quam Gregem deserere, quanto magis, persecutione cessante, illicita erit & perniciosa absentia Pastoris sine rationabili causa?

Porò cum de causis excusantibus a personali residentia, Pastores animarum superius diffuse actum fuerit, hoc loco admonendi sunt causas ejusmodi non sufficere, nisi etiam adit licentia Superioris, textus est in s. Relatum in fine & ibi notat glossa in verbo Prælatorum & communiter Doctores supra eodem cap. Non oportet de consecrat. dist. 5. c. Magna de voto, glossa in cap. fin. in verbo Absentate de priuil. lib. 6. & Gregorius Epist. lib. 3. cap. 36. neminem Pontificum à Parochia sua vel parumper absque inevitabili prorsus necessitate discedere permittebat; & ex Concilio Tridentino in c. 1. sess. 23. legitime absentie cause à Beatissimo Romano Pontifice aut à Metropolitanis; vel eo absente, Suffraganeo Episcopo antiquiori residente in scriptis sunt approbandæ. Sed in his omnibus hodiè servari debet novissima Constitutio S. D. N. Urbani VIII. de qua plenè dixi infra in cap. proximo.



# DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS

Innocentius III. Capitulo Ragusino.

## CAPUT IX.

Qualiter Archiepiscopus vester temeritate propria recessit ab Ecclesia Ragusina, nec jam ultra quadriennium expectatus redierit, per litteras etiam vestras revocatus: & infra Discretionem vestram mandamus, quatenus (nisi forsitan jam redierit) vos post mentem à receptione præsentium, personam vobis idoneam in Archiepiscopum elegatis.

## SUMMARIUM.

- 1 Archiepiscopus qui propria temeritate ab Ecclesia recessit & communis non rediit, potest spoliari Archiepiscopatu
- 2 Capitulum quamvis non possit citare Episcopum, potest tamen eum monere, ut redeat ad residentiam.
- 3 Monitorio procedit etiam de inferiori ad Superiorem & de pari ad parem.
- 4 Episcopus qui communis non rediit ad residentiam, videtur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 5 Prælatus, quibus casibus censetur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 6 Episcopus qui Ecclesiam habet pro derelicta, potest ed spoliari per Papam sine citatione & Sententia.
- 7 Citatio & Sententia in notoriis non requiruntur.
- 8 Capitulum quantumcumque moneat Prælatum ad residentiam: non tamen potest procedere ad electionem alterius sine auctoritate Papæ.
- 9 Episcopi non residentes ex Decretis Concilii Tridentini & Constitutionibus Apostolicis, quas penas incurrant & num. 11. & seqq.
- Et quibus ex causis abesse possint, ibidem.
- 10 Concilium Tridentinum in quibus innovet antiquos Canones contra Valflores non residentes.
- 11 Bulla Sanctissimi D. N. Jæcer residentia Episcoporum refertur.
- 12 Metropolitanus vel eo absente suffraganeus antiquior residentis an hodiè probare possint causas absentia Episcoporum.
- 13 Cardinalis à Turrescomata invecivus in Episcopos non residentes.
- 14 Episcopus ab Imperatore, seu Rege evocatus an excusatur a residentia.
- 15 Et quid si à Principe habeat regalia, & num. sequentibus.
- 16 Intellectus c. si Episcopus, 18. dist. & c. si vobis fratres 23. quæst. ultim.
- 17 Episcopus habens feudam à Principe, si vocetur à Papa etiam post regiam præceptionem, reliquis omnibus Regalibus, sequatur Papam & num. seq.
- 18 Episcopus vocatur à Metropolitanis ad Concilium vel ad causam. Item vocatus à Rege, cui potius parere tenetur.
- 19 Episcopi non habentes regalia à Principe, illius præceptis non sunt obnoxii.
- 20 Sacerdotalis dignitas excedit omnem dignitatem, æcclarem.
- 21 Episcopi ratione maneris aut Republice officii Episcopatus ad sancti quomodo excusentur a residentia.
- 22 Cardinales ex eo quòd in Episcopatus prope Urbem vel in Urbe in suis titulis resident non excusantur a residentia in Cathedralibus, quibus præfati sunt.
- 23 Auditor Camere procedit contra Episcopos non residentes usque ad sententiam definitivam exclusi.
- 24 Episcopi ultra vel circa montes quandiu ex causa visitationis liminum abesse possint.
- 25 Episcopus an hodiè singulis annis abesse possit tribus mensibus à Concilio Tridentino permisis.
- 26 Cardinalibus Episcopis quomodo, & quandiu à suis Cathedralibus abesse liceat ex causa vacationis Sedis Apostolicæ.
- 27 Episcopi temporibus Adventus, Quadragesimæ, &c. an in Cathedrali Ecclesia residere teneantur, an vero juris sit ut in Diocesi resident & num. seq. usque in fin.
- 28 Episcopus absens à Cathedrali, si in Diocesi resident an incidat in penas Tridentini Concilii.
- 29 Lex ubi plura copulative requirit, non habet locum, nisi omnia simul concurrant.
- 30 Dicitio, si, adjecta verbo futuri temporis conditionem importat.
- 31 Gerundium importat conditionem.
- 32 Alternativa natura est, ut alterutrum sufficiat.
- 33 Parochus etsi teneatur in adibus Parochialibus residere, tamen si resident extra, dummodo in Parochia non incidit in penas non residentium.
- 34 Episcopi ante Tridentinum Concilium tenebantur omni tempore in Cathedrali residere.
- 35 Alternativa vel, an sit ordinis vel electionis.
- 36 Distributiones Canoniarum absentium primò applicandæ sunt fabricæ Ecclesie, si indigeat; sin minus alteri pio loco arbitrio Ordinarii.
- 37 Verbum debet, regulariter necessitatem importat.
- 38 Verba hortatoria juncta verbis obligationem importantibus non excludunt obligationem.
- 39 Episcopi an uti possint absentia trium mensium à Concilio permisso temporibus Adventus, Quadragesimæ, &c. & num. 44.
- 40 Episcopus an possit jungere trimestrem absentiam uni anni cum trimestri anni sequentis & num. 44. & seq.
- 41 Episcopus in casibus, in quibus ex rationabili causa abesse potest, an primò uti debeat tribus mensibus à Concilio permisis & non nisi istis consumptis, licentiam petere non residentis, & num. 46.
- 42 Episcopus visitans Limina in fine unius triennii, an possit in principio triennii sequentis iterum visitare, & ab Ecclesia abesse per octo continuas menses ex Bulla Urbani VIII. & num. 47.
- 43 Episcopo an possit concedi, ut per tres menses abesse queat ex sola causa, quòd per multos annos continuos residerit & num. 48.
- 44 Statim dicitio quid importet.

Qualiter Summatum est supra in c. prox. Communis divilio. Primò, excessus. Secundò, mandatum ibi, Discretionem.

Nota primò, Archiepiscopum, qui recessit ab Ecclesia temeritate propria, id est sine licentia Romani Pontificis, ut exponunt Agidius Bononien. Joan. Andr. & Card. omnes in ver. Temeritate, si communis non redeat, posse spoliari Archiepiscopatu.

Secundò nota ex illis verbis, per vestras etiam litteras revocatus, quòd Capitulum quamvis non possit citare proprium Prælatum vel in eum animadvertere, quia inferior in Superiorem, &c. cap. Inferior, 21. dist. c. Cum inferior de motor. & obed. potest tamen eum requirere vel monere ut redeat ad residentiam, ut notant hic Inno. Abb. Anagni & Host. omnes in ver. Revocatus, Collecta. n. 3. Ant. de Butr. n. 2. Petr. de Anchar. in 1. notab. & Abb. n. 1. Idemque



dicunt DD. in c. Ex tua, infr. eod. Monito enim procedit etiam de inferiori ad superiorem, c. 1. supra de supplen. negis. Præter. Et de pari in parem, ut per gloss. i. in cap. Cum causa, vers. 5. Item qualiter possunt duo supra de off. deleg. Et ex hujusmodi monitione Episcopus videtur constitutus in contumacia non residendi, ut per Butr. eod. n. 2. & habere Ecclesiam pro derelicta, ut propterea merito illa spoliari possit: nam secundum gloss. i. hic & Abb. num. 5. ut habeat quis Ecclesiam pro derelicta tribus modis potest contingere. Primò, si Beneficiatus fiat miles vel jocularior. Secundò, si Matrimonium contrahat. Tertio, si monitus non redeat, ut hic. Si quidem, ut inquit Host. in ver. Eligatis in fin. præsumitur evidenter præsumptione juris & de jure quod Ecclesiam habeat pro derelicta, Papa qui super omnes est approbante hoc. Et sequitur Joan. Andr. in fin. Et in his casibus nec solemnis citatio, nec solemnis sententia requiritur, ut hic pater. Nam Papa dedit licentiam Canonice Ragulini eligendi alium in Archiepiscopum absque eo quod præcesserit formalis citatio vel sententia privationis, ut bene observat Abb. hic n. 3. not. & tenet gloss. in c. fin. in ver. Redierit infra eod. Et sic non obstat c. 1. infra de concess. Præb. quia non intelligitur fieri electio infirmitate Ecclesia, sed vacante, ut dicit hic Host. in fin. Et secundum Abb. n. 6. spoliatio hoc casu potest fundari super duplici causa Prima, quia ut dictum est, Ecclesia habetur pro derelicta à Prælatore absente, ut dicunt gloss. præ alleg. Intellige post monitionem, alias secus, etiam si per decennium abfuerit, ut per Butr. supra in c. prox. in 1. not. Secunda, ratione notorii, quia cum crimen non residentie notorium sit, potest superior illam spoliare absque alia citatione, vel sententia privationis, quæ in notoriis non exigitur & secundum eum ad hoc facit c. Ex tua, infr. eod. Quod optime probat hæc Decretalis, legendò, per vestras litteras, ut habet communis littera. Sed alius legitur, per nostras. Et secundum hanc lecturam videtur necessarii litteræ Papæ ut per Host. & Joan. Andr. in pr. in ver. Vestras, & Petr. de Anchar. in pr. Et formalis citatio ut per gloss. in c. Ex parte, in ver. Per decem annorum, supra eod. Primam tamen opinionem tueretur Abb. supra in c. prox. n. 4. in 3. notab. ubi etiam allegat Oldrad. cons. 130. & Gaspar. de Calster. ibi dicentem, alias sic fuisse in Curia determinatum. Addit hic Innoc. in ver. Eligatis, quod quantumcumque subditi movent Prælatum non redeundo, non tamen possunt procedere ad eligendum sibi superiorem sine autoritate illius, in cujus manibus potest renuntiare vel qui jurisdictionem habet super eum. Quod dictum sequitur Abb. Antiq. Joan. Andr. Collectar. Butr. Anchar. Abbas & ceteri omnes.

Hodiè verò contra Prælatos non residentes servanda est forma à Concilio Tridentino præscripta sub Paulo III. in cap. 1. sess. 6. Nam qui iustus, & rationabilibus causis cessantibus ab Ecclesia sex mensibus continuè extra suam Diocesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum unius anni fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum (id est, Metropolitanum respectu Episcoporum Comprovincialium ex sententia S. Congregationis) applicandum, penam ipso jure incurrit. Quod si per alios sex menses in hujusmodi absentia perseveraverit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittit. Crescente verò contumacia, Metropolitanus suffraganeos Episcopos absentes, Metropolitanum verò absentem suffraganeos Episcopos antiquior residens sub pena interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda infra tres menses per litteras, seu nuntium Romano Pontifici denunciare tenetur, qui in ipsos absentes, prout cuiusque major, aut minor contumacia exegerit, animadvertere & Ecclesiis ipsis de Pastoralibus utilioribus providere poterit. Præterea ex decreto c. 1. sess. 23. sub Pio IV. in §. Si quis Episcopus absens præter moralis peccati reatum, quem incurrit, per rata temporis absentie fructus suos non facit, nec tuta conscientia, etiam alia declaratione non secuta, illos sibi retinere potest, sed tenetur aut ipso cessante per superiorem Ecclesiasticum illos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus loci erogare. Et paulo superius in §. Ne verò, exprimuntur quatuor causæ, propter quas Pastores absente licet, nempe Christiana charitas, urgentes necessitates, debita obedientia & evidens Ecclesiæ, vel Reipublice utilitas.

Sed objicies, in dist. cap. 1. sess. 6. innovantur antiqui Canones adversus Pastores non residentes, qui habentur 88. dist. per tot. & passim. 21. quæst. 3. in Concilio Elberitano c. 19. c. Pervenit, c. Si quis verò, c. Si quis Presbiter, c. Placuit, Si quis in Clero, 7. quæst. 1. c. 2. 21. quæst. 2. Cur ergo alia illis poena à Concilio præscribitur? An uti postquam poena Concilii vel Canonum contra non residentes? Quod si poena à Concilio imposta utendum sit, quorum Antiqui Canones innovantur? At responderetur innovari Canonem quoad culpam videlicet ut Episcopi residere tenentur & quoad penam privationis tituli, de qua à Concilio nihil statuitur, ut declaratur paulò post in d. §. Crescente vera

contumacia; & sic etiam quoad modum privationis. Quantum obrem quod spectat ad privationem tituli, & privationis modum, servandum erit quod statuitur in hac Decretali, & in aliis Canonibus & præferent in c. Ex tua, infr. eod.

Novissime super residentia Episcoporum promulgata est Constitutio S. D. N. Urbani VIII. quæ incipit *sancta Synodus*, sub die 12. Decemb. 1634. in qua Sanctus sua primò innovat decreta Concilii Tridentini Constitutiones Apostolicas & Decreta Consistorialia super residentia Episcoporum; multæ enim Constitutiones super hoc antea prodierunt, ut Pii IV. & Pii V. Item multa Decreta Consistorialia. Et in specie Gregorius XIII. declaravit Decreta Concilii & penam ejusdem habere locum etiam in S. R. E. Cardinalibus. Et Clemens VIII. suo Decreto Consistoriali addit penam inhabilitatis Episcoporum non residentium ad majores dignitates & Ecclesias obtinendas.

Secundò, Sanctitas sua jubet jam præfectos Cathedralibus & majoribus Ecclesiis etiam S. R. E. Cardinales se iuriter committere & ad residentiam conferre infra unum mensem si in urbe exsistant; infra duos, si extra urbem in Italia; si extra Italiam infra quatuor computandos à die publicationis Bullæ. Nondum autem præfectos infra terminos superius expressis computandos à die eorum promotionis. Indequè nec supradictos, nec alios jam residentes abscedere absque licentia per Breve vel Litteras Missivas sub poena interdicti ab ingressu Ecclesiæ, amissionis fructuum & facultatum restantibus ipso jure incurrendis, necnon privationis à regimine & administratione Ecclesiarum, aliisque penis arbitrio Sanctitatis suæ infligendis, Concilium Tridentinum in dist. c. 1. vers. Nam cum christiana charitas, sess. 23. decernit legitimam absentie causam à Romano Pontifice aut à Metropolitanò vel eo absente suffraganeo Episcopo antiquior residente, qui idem Metropolitanus absentem probare debet; in scriptis esse approbandas. Bulla verò Sanctissimi prohibet ne Episcopi iam residentes abscedant absque licentia per Breve vel Litteras Missivas. Ergò hæc in parte videtur adempta facultas probandi causas absentie, quæ ex Concilio competebat Metropolitanò vel suffraganeo antiquioris. Et quidem optime consilio. Nam Episcopus prætextu causarum; de quibus in §. seq. non fuisse difficile à Metropolitanò, vel suffraganeo abscedendi licentiam extorquere & lex esset iudicio postea. Hæc jam pridem fieri optaverat Turrescetus in c. Si vobis, 23. quæst. ult. dicens: Turpe est, ut Episcopi se inferant ad servitia Imperatoris vel alterius Principis secularis & deserant causam subditorum & officii devotionis. Hoc non facerent, si mortem spirituales timentet & intelligerent se reddituros rationem de vobis suis Deo Summo Judici. Utinam etiam de Curia Romana hoc in parte observaretur, in qua plures Episcopi conveniunt non devotionis gratia, sed ambitionis spiritus populati ut aliorum quæant, aut beneficia adstant beneficii, aut honores honoribus, utque officia & legationes querant, quæ curie animarum sibi commissa auferant plurimum impediunt. Utinam Summi Pontifices considerarent, quanta negligentia circa animas committitur ex absentia Prælatorum ab Ecclesiis suis. Hæcenus Turrescetus.

Quoad penam Pii IV. in Bulla, quæ incipit, in suprema edita post Concilii publicationem similiter præcipit Episcopus ut in suis Ecclesiis personaliter residere sub poena privationis à regimine & administratione Ecclesiarum suarum ac aliis suo arbitrio imponendis penis & bona decedentium extra residentiam decernit tanquam spolia ad Cameram Apostolicam pertinere, etiam si facultatem speciale de illis testandi obtinuerint. Et penam interdicti ab ingressu Ecclesiæ imponit in alia ejus Constitutione edita ante publicationem Concilii, quæ incipit, De salute regni.

Tertio, Sanctissimus declarat contra facientes non excusari à penis prætextu servitii Imperatoris, aliorumque Principum aut Regnorum, defensionis litium; etiam Ecclesiarum inveniendi fœderis, aut alterius negotii etiam gravissimi & specialis nota digni, distantis locorum brevitate temporis expectandi licentiam ab Urbe vel alterius causæ etiam publicæ ac pie & utilitatis vel necessitatis Ecclesiarum vel personarum. Ex his verbis Constitutionis satis liquet non habere locum quod dicit hic gloss. & Host. in pr. in ver. Ultra quadriennium, videlicet Episcopum non debere ultra annum abesse, nisi iussu Imperialis eum detineat. Præteritum verò, quia nec de jure communis Episcopi ab Imperatore vocati ad comitatum, id est ad Curiam Imperialem ire debent, c. Quo usque, c. Si quis Episcopus, & c. Reprehensibile, 23. quæst. 8. c. Omne, 25. quæst. 1. c. Quicumque militum, 12. quæst. 2. & c. Cum parati, infr. de appell. etiam pacis procurantur de gratis vel Regi consilium præbendi, aut eum orandi nisi ab ipso habeant regalia id est bona feudalia, c. Si in morte §. Ecce, 23. quæst. 8. sic intelligi debet textus in c. Si nobis fratres, eadem causa & quæstion. ibi: Nisi facti hi qui à Religiosis Imperatoribus vel invitati vel vocati fuerint. Et in c. Si Episcopus, 18. dist. ibi: excepta præceptione regia. Et in Aut. Quomodo oportet Episcopos, §. Illud alius est §.

Et etiam definitum est. i. Nisi hoc per Imper. fiat iustitiam Hæc enim jurata vendicant sibi locum tantummodo in Episcopis habitantibus Regalia, prout constat ex dist. §. Ecce; & intelligunt Host. & alii in d. c. Cum parati, de appell. Archid. in c. d. Si vobis fratres, in pr. dicens, Vocati ergò Episcopi ab Imperatore ad comitatum, ire debent ut hic. Quod verum est, causa pacis reformandæ, vel causæ consilii dandi vel orandi ut dicit Gratian. §. in præ. Et hoc ita demum si regalia habeantur. Et in hoc optio, quam ponit secundo loco videtur ibi residere. Et idem dicitur ibi Bellam. & Turrescetus. Præterea text. in d. c. Si Episcopus, 18. dist. debet intelligi quando alter interfugeret scandalum nisi Episcopus pariter Regi. Et ita intelligit Hugo illum textum, allegat. c. Salomita, 63. dist. Vel intelligitur quando Rex esset Legatus Papæ, quia tunc propter Legationem est major Archiepiscopo; & sic est potius quam Legationem esse parendum. Quod duos intellectus ad illum textum sequitur etiam Joannes de Fan. & Alexander de Nevo in dicto cap. Cum parati, numero vigesimo nono vers. Secunda conclusio.

Accedit quod etiam si Episcopus habeat Regalia à Principe: tamen licet vocetur à Papa etiam post Mandatum Regis, exemplo Petri. Lucæ §. relictis omnibus etiam Regalibus, sequatur Papam, quæ sunt verba formalia glossæ in d. c. Cum parati in verbo In legatione Regis: cui licet in parte subfuerint ibidem Hostiensis num. 4. Joannes Andreas num. 7. Butrus num. 6. in fine, Abbas num. 7. & est communis opinio, ut testatur Propositus num. 10. in fine, vers. Et prædictus artic. Quinto imò, ut dicit ibi Innocentius, si Archiepiscopus vocat Episcopum vel aliam Prælatum ad Concilium vel ad causam, & Rex ante vel post vocavit eundem: licet potest prætermittere Mandatum Archiepiscopi & ire ad Regem, cui honor est deferendus per Jura: quæ primò allegat glossa, quod intelligit Hostiensis d. n. 4. de Episcopo tenente Regalia; & sequuntur alii proxime citati. Sed si Archiepiscopus præcepit Episcopo, non obstante præceptione Regis, debet obedire Archiepiscopo, cum sit de eius jurisdictione & non Regis; & magis obediendum sit spiritui quam carni, c. Solita de major. & obed. Papæ autem semper est obediendum, nullâ præceptione obstante, tam ratione honoris quam jurisdictionis, cap. Qui resistit 11. quæst. 3. & paulò post respectu Archiepiscopi, dicit considerandum esse an Episcopus assiduerit se vocari à Rege; an non, ut in c. Passoralis, §. fin. de Off. Deleg. & an habeat Regalia nec ne. Ita Innoc. cujus dicta sequuntur totidem verbis Host. eod. n. 4. Joan. Andr. & alii præal. Itaque Canonice omnes videntur in hoc convenire, ut si Episcopus habeat regalia à Rege vocatus ab ipso, tenetur parere nisi sub præcepto obedientie fuerit vocatus à Metropolitanò. Papæ autem indistinctè sit obediendum post habitum regalibus & quantumque præceptione Regis. Si verò regalia non habeat, non tenetur parere, quia cum non sit de illius Curia, præceptis ejus non obstringitur. Unde Abb. in d. c. Cum parati n. 7. not. post. gl. quid Clericus non obtinet regalia, id est bona feudalia à Principe seculari, non debet preterea vocationi Principis resistere mandato Superioris sui, quia Clericus quantumcumque simplex, maxime si est Sacerdos, non subicitur in aliquo iudicio seculari, ut in c. Cum non ab homine, de judic. Imò dignitas Sacrodotialis excedit omnem dignitatem secularium, c. Duo sunt, 95. dist.

Quarto, Sanctitas sua exipit causam interressentis in Si nodis Provincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, quibus Ecclesiasticis interesset solent ratione muneris, aut Reipublicæ officii Ecclesiæ adjuncti quantum tamen actu duraverint. Hanc ipsam causam excepit Tridentina Synodus in d. c. 1. sess. 23. ibi: Nisi cum absentia incidit propter aliquod munus & Reipub. Officium Episcopatus adjunctum, cujus quovismodo causa sunt notoria & iudicium resistentis, ne eas quidem significari Metropolitanò necesse est.

Quinto, declarat S. R. E. Cardinales priores in ordine residentibus Episcopatum propè Urbem, etiam si illis, vel in Urbe in suis titulis residere, non excusari à residentia in Cathedralibus & majoribus Ecclesiis quibus præfecti sunt, nec ex eo quod Papa eos videat & toleret & ad functiones etiam Pontificales & solemnes admittat.

Sextò, præcipit Auditori Cameræ, ut summarie procedat adversus non residentes usque ad sententiam definitivam exclusivè, quam sibi reservat in Consistorio. Hoc ipsum ordinavit Pius IV. in motu proprio incipient. Cum tamen Sacrosanctum.

Septimò, Sanctitas sua indulget ut existentibus ultra montes abesse possint ex causa vilitationis Limum per septem menses & citra montes per quatuor, dummodo eo tempore ad alios actus non divertant.

Porrò trimestre spatium, quo Episcopi ex ea causa singulis annis à suis Ecclesiis abesse licet ex Decreto Concilii Tridentini in d. c. 1. sess. 23. S. D. N. ut adivimus declaravit sui Constitutionem non suffulsi.

Fagnan. in III. Lib. Decretal.

Octavo, indulget Cardinalibus Præfectis Cathedralibus & aliis majoribus Ecclesiis, ut ex causa vacationis Sedis Apostolicæ possint non solum ad locum Concilii accedere, dummodo à Diocesis non recedant, nisi habita certa notitia morbis Pontificis, sed etiam in Urbe commorari usque ad peractam electionem & per duos menses post coronationem Pontificis.

Nonò, statuit ut nemo possit prædictam Constitutionem interpretari, aut declarare præter Romanum Pontificem & adjectis clausulas generales in forma amplissima.

Postremò declarat eos, qui pluribus Ecclesiis præstant, excusari quidem à penis, dummodo resident in eorum altera, in qua tenentur de jure; non tamen propterea excusari Cardinales habentes aliquam ex sex Episcopatibus propè Urbem, quoniam tenentur residere in aliis quibus Præfecti sunt.

Quero, an Episcopi temporibus præscriptis in cap. 1. vers. Eisdem interim admittent sess. 23. Concilii Tridentini in Cathedrali Ecclesia residere teneantur; an verò sic sit ut in Diocesi residant.

Hæc questio habet duas inspectiones. Prima est quoad penam Episcoporum non residentium, an scilicet Episcopus, in diebus Adventus, quadragesimæ & aliis à Concilio præscriptis ita apud Cathedralium Ecclesiam residere teneatur, ut si in Diocesi resideat, incidat in penam amissionis fructuum infligendam Decreto, c. 1. sess. 6. & illis non faciat suos juxta, d. c. 1. sess. 23.

Secunda est, quoad ipsam obligationem simpliciter & absolute, an scilicet Episcopus prædictis temporibus teneatur ex præcepto in Cathedrali residere, quamvis si in Diocesi residat, faciat fructus suos, neque illis privari debeat.

Quoad primam inspectionem verius videtur Episcopum in Diocesi quantumcumque residentem in penam Concilii non incidere, nam Decretum in d. c. 1. sess. 6. ad hoc ut Episcopus incidat in penam privationis quartæ partis fructuum, requirit ut sex mensibus continuè à suis Ecclesiis extra suam Diocesim morando abfuerint. Unde ad ejusmodi penam factis non est ut abfuerint à suis Ecclesiis tantum, nisi etiam abfuerint extra Diocesim, cum Concilium utrumque copulative requirit, ut sub unica verborum structura, l. Si heredes, ff. de eundem infra. Felin. in c. Ex parte, num. 22. & sit de refer. Quod maxime procedit in penalibus, in quibus si lex, vel statutum ad penam incurrendam duo requirit copulative, nullatenus est locus penæ, nisi utrumque simul concurreat, lib. Inter omnes, §. Resid. de jur. Oidrad. cons. 291. numer. 5. versiculo, Præterea & Signoroll. cons. 239. num. 5.

Hæc confirmatur procedendo verba illa, si quis, quæ cum sint adjuncta verbo temporis, abfuerint, conditionem important, l. Conditionem, ff. de condit. & demonstr. Oldr. cons. 242. num. 3. vers. Sed adhuc instatur. Sicut etiam importat gerendum illud, morando, Bald. cons. 267. propterea, 31. numer. 3. vers. Jan. sicut, juncto vers. Ista quæst. num. 4. lib. 5. Conditio autem debet impleri in totum, nec sufficit ut impleretur pro parte, quia penite est ac si non esset impleta, l. qui doctus & l. Cum fundas, ff. de condit. & demonstr. Bald. in l. 2. in fin. c. Si advers. rem jud. Conditio enim quod impleretur non fecerit, ut inquit Angelo. cons. 16. restator in omnib. num. 3. vers. Vnus ad. 2.

Hoc ipsum ante Concilii publicationem iidem serè verbis statuit Pius IV. in Constitutione, quæ incipit, De salute Regis; ut Patet ibi; Episcopi ab Ecclesiis & Diocesi, sui absentibus in virtute Sanctæ obedientie, ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ poena eo ipso absque alia declaratione incurrenda districte præceptione monentur. Loquitur ergò Pius IV. de absentibus copulative ab Ecclesiis & Diocesi. & his poltea penam imponit his verbis, Si quis 6. mensibus continuè extra suam Diocesim morando abfuerit.

Sed & aliud Decretum Concilii in d. c. 1. sess. 23. hoc ipsum indicat; primo enim declarat, Episcopos teneri ad forsqualem in sua Ecclesia, vel Diocesi residentiam. Ac deinde, Si quis, inquit, contra hujus decreti dispositionem abfuerit & c. præ rata temporis absentia fructus suos non faciat, Concilium ergò obligat Episcopos ad residentium alternatim in civitate, vel Diocesi & contra venientibus penam imponit. At non dicitur contravenire dispositioni alternatim Episcopos, qui alterutrum adimplendo residendo in Diocesi, c. Inter ceteros & ibi dist. in 1. not. de refer. l. Ille, aut ille ff. De legat. 1. gl. in Clem. Dudum in ver. Vel quorum, de jud. c.

Et similiter Pius IV. in alia Constitutione post Concilii publicationem edita, quæ incipit, In suprema, dum supponit spoliis Cameralibus bona Episcoporum decedentium, restringit se ad decedentes extra Diocesim his verbis: Bona quantumcumque ad Episcopos, qui extra prædictas Ecclesias & Diocesim non residentes decedissent, pertinent, tanquam spolia ad Cameram Apostolicam legitime pertinent. Et in alia Constitutione quæ incipit, Cum tam sacrosanctum, cetera edic.



tra Praelatos non residentes, dum committit Auditori Ca-  
mera, ut contra eos procedat, loquitur eidem non residen-  
tibus in Diocesi, ibi: contra Episc. & alio quoscunque Prae-  
latos in propriis Diocesis non residentes de inobedientia  
propria usque ad sententiam exclusivam procedat, &c.

Sive igitur Episcopi dictis anni temporibus teneantur in  
Cathedrali residere, sive non, de quo inferius dicitur in  
secunda inspectione, absolutum tamen videtur eos non in-  
cidere in poenas non residentium, dummodo resideant in  
Diocesi. Et hoc interpretatio, uti magis consona verbis  
Concilii & dictarum Constitutionum & quae etiam benignior  
est in poenalibus, videtur omnino amplectenda, c. Statutum  
elect. in 6. cum suis concordant.

33 Praefertim quia idem suadet etiam exemplo Parochorum,  
qui quamvis teneantur omnino residere in aedibus Pa-  
rochialis Ecclesiae, tamen ibi extra eas resideant, dummodo  
non extra limites Parochiae, fructus suos faciunt, nec in-  
cidunt in poenas a Concilio Parochiae non residentibus in-  
dictas, ut in casu contingenti olim respondit S. Congre-  
gatio.

34 Quoad secundam inspectionem, id est, quoad precep-  
tum & obligationem Episcoporum supponendum est ante  
Concilium. Trid. Episcopi obstrictos fuisse omni tempore in  
sua Cathedrali residere. Quod constat ex Concil. Cartha-  
ginensi V. c. 5. his verbis: Placuit ut nemini sit facultas re-  
lictis principalibus Cathedralibus ad aliquam Ecclesiam in Diocesi con-  
stitutam se conferre: ut refertur in Can. Placuit, 7. quae-  
st. 1. ubi gl. in ver. Diocesi, dicit hoc aded verum ut non  
liceat Episcopo ad Diocesim divertere, nisi ex causa vi-  
sitationis.

Idemque patet ex Conc. Aurelianensi c. 33. relato in  
can. Episcopi de cons. dist. 3. in hac verba: Episc. si in-  
fermitate non fuerit impeditus, Ecclesiam, cui proximus fuerit,  
dis. Dominico desse non debet. Unde inferit gloss. Episco-  
pum Dominico desse in Episcopali Ecclesia Divinis Offi-  
ciis interesse debere, in qua Sacramentali more residere praeci-  
piunt. Et Gregor. lib. 5. Epist. 23. Pervenit, inquit, ad  
nos. Primorum Amaliphitanae Civitatis Episcopum in Eccle-  
sia sua residere non esse contentum, sed fors per diversa loca  
vagari. Idcirco hac sub autoritate praecipimus, ut supradicto  
Episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero fa-  
cere non praesumat, sed in Ecclesia sua Sacramentali more  
resideat. Quod refertur in can. Praesent, 7. quae-  
st. 1. ubi psp. num. 1. notat residentiam esse faciendam in loco se-  
cundum conditionem personae, quia Episcopus per villas  
vagari non debet, sed in civitate commorari.

Atque hoc supposito ad dubium videtur respondendum,  
temporibus a Concilio praescriptis Episcopum teneri omnino  
apud suam Ecclesiam residere, nisi munia Episcopalia in Dio-  
cesim cum alio vocent, nam etiam Decretum Concilii Trid. d. c.  
1. sess. 23. declaraverit Episcopos obligari ad personalem in sua  
Ecclesia, vel Diocesi residentiam: tamen per haec verba non  
est censendum funditus fuisse antiquam Episcoporum obli-  
gationem, ut in simili legitur in c. Ecclesia vestra, il. 2. vers.  
Neque enim credendum est, supra de elect. cum praesentibus  
interdictis Decreto c. 1. sess. 6. quo innovantur antiqui Canonibus  
adventus non residentes promulgati, sed tantum moderatum  
fuisse rigorem Sacrorum Canonum. Nam illa verba per dictio-  
nem alternativam in sua Ecclesia, vel Diocesi, indicant potius  
ordinem, quam electionem, gl. in c. pen. in ver. vel in Pa-  
rochiali, de sepult. Quemadmodum in terminis aliorum De-  
cretorum Concilii tenentur sac. Congregatio. Et in spe-  
cie in Decreto c. 16. sess. 24. quo jubetur, sede vacante, eligi  
Vicarium, qui in iure Canonico sit Doctor, vel alias quan-  
tum fieri poterit idoneus, censuit dictionem alternativam,  
vel esse ibi ordinem, non electionem, iuxta doctrinam Gemin.  
in c. Licet in fin. de sepult. in 6. Ideoque electionem factam  
de Sacerdote non Doctore, quamvis aliquo idoneo, omisi-  
ssis Distributionibus, esse nullam. Et similiter dum in c. 13. sess.  
23. distributiones absentium jubentur applicari fabricae Ec-  
clesiae, vel alteri loco S. Congregatio respondit alterna-  
tionem primo loco faciendam esse fabricae Ecclesiae, si indigeat  
Eodem igitur modo dum Concilium declarat Episcopos obli-  
gari ad personalem in Ecclesia, vel Diocesi residentiam; haec  
alternativa non est censenda importare electionem; ita ut arbi-  
trium sit Episcopo huc, vel alibi residere, sed potius ordi-  
nem, ita ut primo & principaliter residendum sit in Cathe-  
drali Ecclesia, idque tempore Adventus, Quadragesimae &  
aliis solemnitatibus, in quibus major & praecipua est residentiae  
obligatio, ut est textus in c. Si quis in Clero 7. quae-  
st. 1. Deinde vero, id est aliis temporibus satisfieri possit ejusmo-  
di obligationi, etiam residendo in Diocesi.

35 Quae interpretatio videtur primo amplectenda, quia per  
eam minus receditur a dispositione veterum Conciliorum  
& Canonum ad c. Cum expediat, de elect. 6. & l. Si quando,  
c. de inoff. testam. cum suis concordant. Deinde quia hoc mo-

do cessabitur illud, quod alias sequeretur si Episcopi  
posset praepo residentiae satisfacere abique eo quod un-  
quam Ecclesiam Cathedrali & ipsam suam invenerit. De-  
nique quia cum praepo divino mandatum sit omnibus Episc-  
opis oves suas agnoscere, verbi gratia divini praedicatione, Sa-  
cramentorum administratione & honorum operum omnium  
exemplo pascere & in carera munia pastoralia incumbere, ut  
habetur in d. c. 1. non apparet quomodo haec omnia impleri  
possint ab Episcopo qui ad villas & pagos divertit, nec  
unquam residet apud Ecclesiam suam. Cathedrali, ullat-  
que ibi functiones Episcopales exercet, nec praesens agnos-  
cit oves, quarum pars major ut plurimum illic commo-  
ratur.

Quod satis indicant verba d. c. 1. Nam dum hortantur  
Episcopos ut certis temporibus suam Cathedrali Ecclesiam  
non deserant, eam tamen afferunt, nempe quia illis diebus  
refici maxime & in Domino gaudere Pastoris praesentia oves  
debent. Si ergo oves Cathedralis Ecclesiae dictis temporibus  
debent maxime refici & Pastoris praesentia gaudere,  
Ergo etiam viceversa Pastor debet eas reficere & permittere  
ut ejus praesentia oves gaudeant. Idque dicendum est in  
praepo esse, cum verbum, debet, regulariter necessita-  
tem importet, ut notatur, in lib. Saepe, ff. de officio  
Praefid.

Neque his obstat, quod illic Concilium utatur verbis hor-  
tatoris, dum ait: Episcopi interim admoneantur & in Domino hor-  
tatur, ne per illius temporis spatium Adventus, Quadragesi-  
mae &c. sess. ab Ecclesia sua Cathedrali alio pacto absint.  
Quae quidem verba cum non praepo, sed consilium  
importent, obligationem non inducunt, cap. quod praescri-  
bitur, 14. quae-  
st. 1. & 4. dist. 5. fin. Dec. in cap. Nam concu-  
piscientiam, num. 20. de Constat.

Nam respondeo primo verba hortatoria impropria quando  
subiecta materia est de praepo, ut hoc casu textus est in 38  
c. Rogo, atque ibi gl. 11. quae-  
st. 3. & in c. 1. in ver. Hor-  
tamur, ubi gl. exponit, id est praecipimus, de testam. Ad  
idem gloss. in Clem. 1. in ver. Hortamur, de testib. &  
Abbas in d. c. Nam concupiscientiam, num. 2. de Constat.  
vel certe, ut ait ibi Dec. n. 21. verba hortatoria tunc non im-  
propriantur, quia non est inconveniens aliquem hortari ad  
illud quod facere tenetur, c. Pervenit, 84. dist. Et idem  
verbum, rogo & verbum hortamur in locis praescriptis pro-  
priae intelliguntur & non inducunt praepo, sed per alia  
iura materia praepo esse dicitur, ut ibi per eum.

Deinde respondetur ejusmodi verba hortatoria in Decreto  
Concilii esse conjuncta cum verbis obligationem importan-  
tibus, ut superius dictum est; unde tantum abest, ut per  
hanc admonitionem solvantur antiqua obligatio ut po-  
tius ex ea videatur renovata. Nam Concilium hor tatur Episc-  
opos ut resideant in Cathedrali in illis diebus, in quibus maxi-  
me oves refici & gaudere Pastoris praesentia debent, quod  
penitende est ac si illos adhortatum fuisset ut dictis diebus suam  
implerent obligationem apud Cathedrali Ecclesiam residen-  
di. Praefertim quia hoc ipsum fecerat ibidem paulo ante his  
verbis. Sacrosancta Synodus eos (id est Episcopos) admoneat  
& hortatur, ut divinarum praepo memoris facti quae forma  
regis in iudicio & veritate pascant & regant. Ecce igitur  
quemadmodum adhortationem a praepo & obligatione Con-  
cilio non sejunxit. Quod & Pius IV. fecit in praesent. Con-  
stitutione. De salute regis, ibi: Episcopi ab Eccl. & Dia-  
cesibus suis absentes praecipiendo monemus.

Ac praeterea observandum est verba illa Concilii eosdem  
interim admoneant, forte non limitare regulam, quam prius  
Concilia constituerat declarando Episcopos teneri ad per-  
sonalem in civitate, vel Diocesi residentiam, sed potius fu-  
bitumitate limitationem, per quam superius immediate declarat  
licere Episcopis per duos, aut tres menses quotannis ab Ec-  
clesia abesse: tria enim ibi fecit S. Synodus. Primo declarat  
obligationem residendi in civitate, vel Diocesi. Secundo, in-  
dulget Episcopis, ut singulis annis duos, vel ad summum tre-  
menses abesse possint. Tertio, hortatur Episcopos; ut non ta-  
men absint temporibus Adventus, Quadragesimae & aliis ibi  
praescriptis. Quod penitende est ac si dixisset, etsi Episcopi  
possint quotannis per tres menses abesse, illos tamen hor-  
tamur, ut hac indulgentia minime utantur illis diebus in qui-  
bus maxime refici & gaudere Pastoris praesentia oves debent.  
Ex hoc modo quamvis illa verba essent Consilii tantum, non  
tamen sequeretur quin circumscripta trium mensium indul-  
gentia Episcopi alias non tenerentur in dictis diebus apud  
suam Cathedrali residere. Prior tamen intellectus magis  
congruit verbis Concilii, quia in eodem vers. eosdem inter-  
im admoneant, non agitur de absentia a Diocesi, sed a Cathe-  
drali Ecclesia tantum, ut patet ibi, Ab Ecclesia sua Cathe-  
drali. Et clarius ibi: Nisi Episcopalia munia in sua Dio-  
cesi &c. Et consequenter non limitatur indulgentia, qua  
Episcopis abesse licet tribus mensibus extra Diocesim, ad  
l. Nam quod siquidem, §. fin. ff. de pen. leg.

Itaque ad dubium videtur respondendum Episcopos tempo-

ribus a Trid. Concil. praescriptis teneri quidem apud suam  
Cathedrali Ecclesiam residere, ita ut aliter sine obligationi  
non satisficiant, nisi munia Episcopalia in sua Diocesi eos  
alio vocent, Ceterum non incidere in poenas a S. Synodo  
Episc. non residentibus indictas, dummodo in Diocesi resi-  
deant. Et hanc esse sententiam probavit S. Congr. ejusdem Con-  
cilii interpretes.

In S. Congregatione super residentia Episcoporum habita  
in Quinquagesimo diei Julii 1657. cui interfuerunt Eminenti-  
ssimi Cardines Cinctus, Matius & Paulus, necnon R.  
P. D. Fanejus, Alterius, Gualterius, Ugulinus, de Vec-  
chis Secretarius & ego, proposita fuerunt ex ordine Sanctis-  
simi infra scripta dubia videlicet.

Cum S. Concilium Trid. c. 1. sess. 23. de reformat. per-  
mitteret Episcopis, ut singulis annis, dummodo aequa ex causa  
& abique ullo Gregis detrimentum fiat, abesse possint a sua  
Diocesi per duos aut ad summum tres menses. Quae-  
ritur.

Primo, an Episcopus possit jungere trimestre absentiam  
unius anni, cum absentia trimetris sequenti anni, adeo  
ut licet abesse valeat a sua Ecclesia per menses Octobris,  
Novembris & Decembris, anni v. g. 1657. & continuare ab-  
sentiam per menses Januarii, Februarii & Martii anni 1658.

Secundo, an Episcopus in casibus, in quibus rationabilem  
causam habet non residendi, debeat uti mensibus per sanctum  
Concilium concessis & non istis ipsi consumptis; quatenus  
absentia causa dicitur, licentiam petere non residentem. An  
vero primo licentiam petere & ad alios usus reservare bime-  
stre, aut trimestre tempus a Concilio concessum.

Per Bullam sui. mem. Urbani VIII. super residentia Episc-  
coporum, incipien. sancta Synodus, 27. alia 137. permit-  
titur, ut Episcopi ad effectum visitandi status terminis  
facris Beatorum Apostolorum limina abesse possint a suis  
Ecclesiis per certum tempus, videlicet circa montes, vel  
maiores exilientes per quatuor menses; alii vero, sec. hinc.

Tertio quaeritur, an Episcopus visitans sacra Limina in  
fine unius termini, v. g. in fine unius trienni possit im-  
mediate in principio sequenti trienni iterum visitare ac proinde  
visitationum titulo abesse a sua Ecclesia per octo continuos  
menses.

Quarto quaeritur, an Episcopo, qui antea per multum  
temporis, v. g. per decem continuos annos in sua Ecclesia  
resideret & vel ab ipsa vacatione per S. Concilium ex ra-  
tionabili causa singulis annis permittit tempore se abstinuit,  
possit aliquando concedi facultas non residendi per aliquod  
tempus, licet non abire ulla causa ex approbati ab eodem S.  
Concilio Tridentino.

Ad primum Sac. Congregatio respondit, non posse, tum  
quia ejusmodi semestris absentia complectitur illius temporis  
spatium Dominicis Adventus & Quadragesimae, quo ne a sua  
quidem Cathedrali, ne dum a Diocesi Episcopo abesse licet  
ut in Concilio Trid. d. c. 1. vers. Episcopi interim admoneantur  
sess. 23. & fustis dictum est supra de num. 34. usque ad n.  
40. Tum quia in eo, qui abest sex mensibus continuis non  
verificatur illud verbum aliquantisper, quo utitur Con-  
cilium in d. c. 1. dum ait: Quoniam autem qui aliquantisper  
tantum absint ex veterum Canonum sententia non videntur  
abesse, cum Concilium illud retringat ad duos vel ad sum-

mum tres menses de antiqui Canonibus ad unum ut in capite  
Praesentium 7. quae-  
st. 1. vel ad duos ut in c. Si quis in Clero  
eadem causa & quae-  
st. Et quatenus verificaretur verbum  
aliquantisper, non tamen verificatur sequentia, videlicet, 45  
quia statim revertitur sunt, nam qui abest per semestre tempus,  
utique non statim est revertitur, cum dictio statim  
regulariter significet modicum temporis intervallum, ut est  
textus in l. Cum quidam, ff. de legat. 2. & in l. Si finio,  
§. Non autem statim, ff. de damno infect. & notat Tiraque-  
l. in l. Si nunquam in ver. revertatur, num. 120. cod. de revo-  
cat. donat. & aliquando importat intervallum unius mensis ut no-  
tatur in l. Divortio facto, alias est l. fructus 7. §. Papius-  
nus in gloss. in ver. Statum, ff. sol. Matr. Tum quia absentia  
Episcoporum per sex continuos menses a Concilio non re-  
putatur brevis, ut patet sess. 6. c. 1. ibi: Si quis sex men-  
sibus continuis extra suam Diocesim morando abierit quarta  
partis fructuum annui parvam usque iure incurrat. Tum  
denique, quia magis relaxari potest nervus Ecclesiasticae disci-  
plinae, maxime detrimentum in spiritualibus & tempora-  
libus potest pati Ecclesia & pravi abusus & corruptelae in Cle-  
ro & populo facilis introducti & dissilias eradici, si tri-  
menses temporis absentiae unius anni conjungatur cum trimetris  
alterius anni, quam si retinella sine interpolata. Ob quam  
rationem cum in c. In singulis, de statu Monach. statutum sit  
ut Capitula Provincialia Religiosorum fiant de triennio in  
triennium, Joan. Andri. ibi in pr. dicit non sufficere in fine  
primi triennii facere unum Capitulum, & statim in principio  
secundi triennii facere aliud, quia id potius esset facere Ca-  
pitulum de sexto in sextum annum, quam de triennio in  
triennium; & multo tempore potest sic retardari Ordinis  
reformatio, ut scripti plenius in c. Ego N. n. §. de iurejur.

Unde trimestre tempus quod interpolat & per se sumptum  
a Concilio reparatur brevis & cadit sub permissione, quia  
brevis revertitur nec diversitate videtur l. 3. in fin. ff. de divort.  
si postea jungatur cum alio trimetris ultimatum esse longum  
& cadit sub prohibitione, ut de diversis donationibus simul  
iuncta notat Hostien. in c. Apostolicae, de donationib. §. de  
unioibus, quae quamvis singulae per se non gravent, tam-  
en simul omnes considerate gravant & ideo omnes sunt  
revoandae. Decidit Oldradus cons. 262. In questione n. 2.  
& de pluribus furis rei modice docet S. Thomas in 2. 2.  
quae-  
st. 66. art. 6. ad 3. Silvestr. in ver. Furtum, num. 4.  
Conferat textus in l. Si libertus, §. Si quis iuratus, ff. de  
iure Patronat. & arg. l. Necnon, §. Si quis iuratus, ff. ex  
quibus caus. major.

Ad secundum S. Congregatio consultus putavit nihil ge-  
neraliter respondere. Sed ubi casus particulares acciderint 46  
maturus deliberare.

Ad tertium respondit Episcopum, qui Beatorum Apo-  
stolorum limina visitavit v. g. in fine unius trienni, nequa-  
quam posse immediate in principio sequenti trienni iterum  
visitare ac proinde nec visitationis titulo per octo continuos  
menses a sua Ecclesia abesse. Rationes hujus tertiae resolu-  
tionis habentur in d. c. Ego N. n. §. ubi plenè videat,  
de iurejurand.

Ad quartum respondit non posse. Quam Congregationis  
sententiam S. D. N. ad se restatam in omnibus approbavit. 48

